uero non ſuſtinent oculi dulciſſimum filium cum Menelao inſpectare depugnantem/ Ideoq; ne interſim hinc in urbem redeo/ Ipſe quidem Iuppiter aliiq; dii cognitum habẽt uter ſit neci deſtinatus. Atq; his dictis impoſitiſq; uehiculo agnis aſcendit habenaſq; cepit. Anthenor in uehiculum & ipſe conſcendens ſe illi comitem preſtitit/ Quibus in urbem redeuntibus Hector ante omnia/ atq; Vlyſſes idoneum pugnæ p̃finiunt locum. Tum in galeam ſortes/ Cui primus ictus deberetur/ dimittũt: exercitus uero: qui ad ſpectaculum aderant: ſolliciti euentorum ſublati in altum manibus uota faciebant. quorum nõnulli tam ex his q̃ ex illa ita obſecrabant. Iuppiter pater: qui Idæis montibus p̃ſides: idẽq; deorum & dignatione & potentia maxime: uter horum auctor & cauſa extitit tantarũ utriq; genti calamitatum/ hunc uelis in hodierna pugna priuatum uita ad inferos præcipitem agi nobis uero cæteris inuiolata fœdera ſeruari fidamq; amicitiam fieri. Hæc illi. Hector uero auerſo uultu galeam in qua ſortes inerant/ quatiebat/ neq; id diu: nam confeſtim ſors Paridis qui prior lanceam iacularet exiliit. Tunc omnes eo ubi conſtiterant loco iuxta equos/ atq; arma longo ordine reſederunt/ Et Alexander ſibi primũ fidas ocreas/ argentoq; diſtinctas induit. Secundo loco thoracem/ nõ ſuum/ ſed Lycaonis fratris pectori tamen ſuo congruentem/ tum argenteis diſtinctum punctis gladium a collo ſuſpendit: De hinc humeris ſcutum aptat/ & ingens & ualidum/ tum galeam capiti imponit terribili ex echinis ſetis criſta & ad motum ipſum quaſi minanti/ poſtremo p̃fixum lucidum ſpiculo pilum ſumit: ualidumq;/ ſed quo tamen in pugna cõmode uti poſſet. Menelaus diuerſa ex parte ſimili armatura inſtruebatur: Qui poſtq̃ armati in delectam certamini aream hinc Troianis: hinc Graiis cingentibus p̃ceſſerunt: atq; infeſtis armis: infeſtiſq; paſſibus: ac trucibus oculis ſimul & animis alter in alterum uadere cœperunt: Magnus omnibus: qui ſpectaculo circũſidebant: pauor inceſſit. Illi uero p̃iores effecti ac medium ipſum areæ tenentes pila quatiunt: quo certiore manu in alterũ: ac ualidiore cõtorqueant. Et Alexander: cuius priores erant partes: prior uibrato in Menelaũ tælo ſcutũ illius ferit: Ad quẽ ictum magis ſpiculum replicatũ eſt: q̃ chalybem: quo ſcutũ ueſtiebatur tranſigere quieuerit. Tum ſuo loco Menelaus in tælum aſſurgens hoc modo cõprecatur. Da quæſo Iuppiter rex: ut hic: qui mihi tanta imerita mala inuexit meritas p̃nas luat: & luat meis manibus uictus meoq; confoſſus ferro: ut & qui nũc ſunt: & omnis poſteritas cum hæc audierit hoſpitia ubi amice accipiuntur: polluere uereantur. Hæc dicẽs libratam aliq̃diu lanceam in Alexandrum emittit: quæ medium illata ſcutum non modo per illius chalybem corium: lignũq; adacta ẽ uerum etiam per thoracẽ ad intimã uſq; ad ueſtem p̃foratura quoq; ipſum pectus: niſi in latus hic obliquanti deflexiſſet: ea miſſa & infixa ſtatim Menelaus educto ex argentata uagina enſe reductoq; in altũ irruens caſſidem Alexandri percuſſit: ita uehementer: ut in multa fruſtra diſſiliens fugeret manum. Quod Menelaus cernens ingemuit grauiter: ſuſcipienſq; in cælũ. O Iuppiter pater inq̃t p̃fecto te deoꝝ eſt nemo malignior: ego cũ te p̃carer: ſpem concipiebam Alexandrum meis manibus p̃nas ſceleratæ iniuriæ daturũ: Nunc & gladius ad primũ ictum diſtractus eſt: & lancea in caſſum excuſſa: cũ nequaq̃ illius mẽbra p̃ſtrinxerim. His Iouẽ incuſans in caſſidẽ hoſtis criſtaſq; iuadit: apprehenſumq; ad ſocios trahere conatur: Et p̃traxiſſet uictoriæ compos: & gloriæ: eo quidẽ facilius: q̃ dum ille per galeã traheretur ſtrãgulabatur mollis iugulus cathenoſo loro: quo ſubter mentũ galea ad fibulã ſubſtringitur: niſi ſubito Iouis filia Venus: re aduerſa. loꝝ dirrupiſſet: ut uictor p̃hoie uacua tã-

tum cassíde potíretur. Quod & factum est. Namq; dum abreptam íllam conuersus ad suos recípiẽdã proíicit, ut receperunt festíni & auídi, dum hastam collígit, dum reuertí in hostẽ parat, Venus utpote dea circũspectũ aurea nebula Alexãdrum a pugna atq; ab oculís hoíum erípuit: & in splẽdído, odoratoq; thalamo, ubí lectus genialís regaliter stratus erat, collocauit, atq; eo íllic relícto ad accersendã Helenã pdíit, eam aũt in editíssima turrí repperit inter ígentẽ frequẽtiã fœminarũ: ad quã accedẽs uestẽ leniter, ut secũ pergeret manu traxit. Desumpserat aũt sibí imaginẽ Greæ quæ Helenam e Lacedæmonia secuta erat, grãdis natu fœmina lanificíiq; doctíssima, ac præter cæteras dominæ íntima, atq; ita tenẽs uestẽ, Agedũq; inquit, Redí domũ, ubi expectãs alexãder uocarí te iubet. Est. n. in cubículo iuxta lectũ genialẽ fulgentẽ stragula uestę optímísq; odorĩbus fragrãtẽ pulchrior ípse atq; radiãtior uel oris ac totí9 corporis decore uel uestíũ. Credas eũ nõ pugnasse cum Menelao, sed aut in coreã íturũ esse aut a corea modo cessasse adhuc saltãdí cupídũ. Hæc Venus. Quæ audiẽs Helena apud se, at ubí tam suauem colli amœnitatẽ, tam amabílẽ pectoris gratiã, tam ínsuetum oculorũ fulgorẽ animaduertit expauefacta aít. Dæmonía, quid ístis captas fallere me uerbis. Nũquid íterũ abducere me pcul uís in exteras urbes, ac locupletes, aut in Phrygíã, autĩ Meoníã, aut quo alío ubí príncipem famílíarem alíquẽ tibí habes, quoniã uícto Paríde Menelaus me miserã est reportaturus ad lares, Ideo tu, Ideo falsa sub ímagine ueníst, ut me decíperes ob tuam nímíã in paridẽ beniuolẽtiã. Eo dum illí ades, dum illí studes, dum pro illo satagis, dum illũ obseruas, atq; custodís, deorũ cõmertiũ relíquísti, nec ad eos reuersura es amplius. adeo, q̃tum suspicor: aut uxor eius efficíeris, aut ancílla. Ego uero: quod ad me attinet, íre ad íllum prorsus nolo, nec unq̃ in cõtuberníũ eius redíre certum est. Quid ní. n. sí hoc faciam digna sim, quã oẽs uituperẽt. Et sane post hac uniuersæ me Troianæ execrarentur: ac maledíctís oĩbus & opprobríís lacerarẽt, quæ ego cũ audírẽt nímío mecũ mœrore cõsumerer. Tunc írata in eã Venus. Nolí me inquit ísfœlix nolí írritare, & abste alienare. Nã sí pergis, tam me ínímícã senties, q̃ sensísti amícã, tantũq; Troianís píter, ac Græcís í te excítabo odiũ, ut teterrĩa pereas morte. Ad hanc orationẽ exterrita Helena uelato uestę capite tacite a coetu mulierũ (Dæmonẽ. n. sequebat ducẽ) dígressa est: & ad nítentem Paridís domũ cõcessit. Eo ubí peruenit, ancillæ statim ad locũ, opusque quod relíquerãt redeũt. Ipsa cum dea in talamũ auratís laquearíbus fulgentẽ euntes ad Parídem intrãt. Vbí Venus posíta ante íllũ sella Helenã iussit ĩ ea sedere. In qua ubí resedít, mulíer oculos á uultu alexandrí oblíquans loquí sic orsa est. Rediísti ne á pugna, ubí te interfectum íri sciebas nísí fugísses: iam superatus iam captus a ualído hoste quõ dã meo marito? Atq; gloríarí solebas te Menelao antestare, tum uíríbus corporís tũ dímicandí scientia. I nunc: & prouoca illum ad singulare certamen, q̃ sí me audíes: Menelaum stulte ꝓuocare desínes: quin & illí ĩ bello occurrere, ne forte sí te cõpererit: pílo suo gladíoq; cõfodíat. Cuí respondens Paris: Nolí inquit quæso mulíer tam molestís me increpare conuitíís. Equídem fateor nũc uícisse Menelaum Mineruæ beneficio: ego uícíssim alías (Nam & díí mihí adsunt) illum ípse superabo. Nunc quod relíquum est rei cõiugalí operam demus, nam ita in te nunc amorís ardor me tenet, ut nunq̃ tenuerit uæhemẽtíus. ne tunc quídem: cum ex lacedæmone te rapuí impositaq; in nauem: & ĩ arduam ínsulã ducta tecum prímum concubuí. Hæc cum dixísset: in stratum regiæ genialem ante cessit: eumq; Helena secuta est. Quibus ita in apparatíssimo cubílí cũ oblectatione cubantibus

bantibus Menelaus interea instar rabidæ feræ huc ⁊ illucq; uadebat si cubi Paridem adipiscatur ⁊ neq; erat ex Teucris socijsq; Teucroꝝ quispiã: qui uisum a se ⁊ cũ quereretur ⁊ illi posset ostendere: aut ubi foret indicare. Neq; enĩ fuisset dissimulare ausus: uel ꝓpter fœderum religionem: uel quia a se in unũ oẽs mortẽ teĩcere uolebãt. Ad quos dehinc ĩquit. Agamemnon. Audite Troes Dardaniq;: & q istis auxilio ueniſtis uictoria huius certaminis ⁊ ut agnoscitis: penes Menelaũ est: uꝝ ergo nũc erit Helenã cũ oi gaza exhibere ⁊ nosq; remunerari honorifico ꝑmio: q̃le cõgruẽs eẽ iudicetur ⁊ qđ in nr̃os etiã posteros trãsferat. Hæc Agamẽnon. Cuius or̃onem cæteri Græci maxima cũ assensione exceperũt.

ILIADOS LIBER TERTIVS EXPLICIT. INCIPIT QVARTVS.

INTEREA dii deæq; frequentes aureo in pauimẽto ioui assedebant ⁊ in ipsos exercitus ⁊ urbemq; troianam intuentes. Quibus hebe cum aureis poculis nectar pro suo ministerio miscebat. Illi sumpta pocula gradati sibi propinabant. tunc Iupiter per causam consultandi cũ diis nõ nihil de iunõe iocat⁹ẽ. Quã ut ad irã acueret atq; eliceret: oblíq; ⁊ ac faceta or̃one ꝑstringẽs. in hoc inqt singulari certamine dii cælites. Duæ deæ sũt ⁊ q̃ Menelao studẽt. Vna q̃ Paridi ⁊ illæ quidẽ iuno ⁊ & Minerua: q̃ ut uidetis: nõ nihil a cœtu nr̃o semotæ sedent plenæ gaudii ex ipo rei gestæ spectaculo. Hæc aũt Venus: quæ nũc abest semp solicita pro Paride: quẽq; nũc ab ipẽdenti mortis periculo eripuit. Et enĩ sine dubio penes Menelaũ uictoria ẽ. Nos tñ cõsultare decet: qd nam hoc loco faciendũ putemus: utrũ hos populos in atrox bellũ an ĩ placidam cõcordiã dimittamus ⁊ q̃ si ĩ cõcordiã: nimirũ res grata oibus ⁊ iocũdaq; cõtiget. Et Menelaus recipiet Helenã suã troia uero a discrimine euersionis liberata: suisq; ciuib⁹ frequẽs ꝑpetuo ĩcolumis erit. Hæc iuppiter. iuno aũt ac Minerua: ut erãt una sedẽtes ⁊ ad hæc dicta tacito murmure subsãnarũt (male enĩ troianis cogitabãt) Et minerua qdẽ ⁊ q̃q̃ uæhemẽtissima tum ĩ patrẽ ira: tũ decepti uoti mœstitia angeretur tñ se ĩtra silentiũ tenuit. At iuno erũpentem doloris ĩpetum cõpescere non sustinens. O seueríssime ĩquit iuppiter: qualem tu locutus es or̃onem scilicet ĩefficaces ĩanesq; iubes eẽ labores: sudores: ærũnas meas: Quibus me ⁊ & equos meos defatigaui huc illucq; discurrẽs ⁊ dũ Græcos in arma solicito ⁊ dum mare ĩtrare hortor: dum ad troiã ꝓduco: quid petens ⁊ quod tẽdens: Nẽ pe ⁊ ut priamus cũ suis liberis ⁊ ac ciuibus postrema pateret. Nunc tu hæc oia irrita fieri uis. Verũ age age ut libet: nõ tñ nos cæteri dii isti tuæ sniæ assentiemur: tuũq; mutabim⁹ factũ. Cui iuppiter ab alto pectore suspiriis ductis. Demonia ĩquit. Quid tibi tm̃ Priam⁹ mali fecit: quid eius filii: qd reliq; ciues: ut ita ĩexpiabili ĩ eos odio debaccheris: ut ipsos omnino destructos uelis ⁊ ut tam ĩsignẽ urbẽ ab imo euersam cernere cupias. Eqdem opinor si licereti ĩpsam Priami domũ deide filiorũ ac ciuiũ rabida ĩtrares ⁊ eosq; uiuẽtes adhuc dẽtibus lacerares: ac manderes ⁊ atq; hac demũ medicina ai tui uuln⁹ saciatũ iri existimares. Si quid ĩterest: facito ut uolũtas fert ⁊ nullũ pro me passura ĩpedimentũ. Certum est enĩ mihi nequaq̃ ĩ posterũ aduersari tibi ⁊ ut neq; tu á me ꝓpter hanc rem obiurgationis aliquid audias ⁊ neq; ego abste. Cæterum hoc quod dicam ⁊ repones ĩmis sensibus: & membri teneas mẽte. Cum & mihi quoq; infenso alicui dilectarum tibi urbiũ libuerit illã euertere ⁊ nihil esse ut iram meã reuocare tentes ⁊ aut differre. Obsequor enim aĩo meo non ꝑ.

cibus tuis ꝛnam iſtud ꝛquod tibi gratificor: libens tibi gratificor: ſed nō libenter. Oium q̄
ſub ſole ac ſtellifero cælo ſunt urbiū quidē iſignis troia: Ciuitatū uero ſapiens priamus cū
populo ſuo p̄cipue mihi eſt cordi. Apud quos ad arā meam perpetuis adolet odoribus:
ſacrificiis: libamentis. Adhūc Iuno reſpōdens. Tres inqt urbes ſunt maxime mihi cordi
Argos: Sparte: & Mycenæ: Has tu cū infenſo libuerit: non dico unāquāq; libet ſed unam
quāq; per me licet euertas. Neq; ego tibi: quo minus id facias: aut opera ꝛaut uerbo relu-
ctabor: q̄q̄ ſi reluctari conarer ꝛnihil ꝓficiā aduerſus te ꝛqui es & me & cæteris diis robu-
ſtior. Verū enimuero indignū ſit ꝛut tantā ego operam fruſtra cōſumpſerim. Quippe
quæ ut deus ꝛ& ipſa dea ſum: eiſdēq; genita parētibus: & quidē natu grandior. Poſtremo
etiā uxor tua ꝛqui ſuper uniuerſos deos imperiū obtines. itaq; par eſt uterq; inuicē gratifi
cemur ꝛego tibi ꝛ& tu mihi: cæteris diis factū nr̄um cōprobaturis. Iube q̄ primū Palada
ad exercitus ire Græcoꝝ ꝛac troianorū īducturā troianos ad uiolanda fœdera ꝛquæ cum
Græcis ſanctiſſime percuſſerūt. Hæc iuno ꝛqbus pater deum atq; hoium iuppiter nō ab
nuens Pallada ſic allocutus eſt. Ito ſtatim Pallas ad exercitū Græcoꝝ ac Troianorū indu
citoq; troianos ad uiolanda fœdera: quæ cū græcis ſanctiſſime p̄cuſſerūt. Pallas uero iādu
dum ſua ſponte adhoc ppēſa hmōi uerbis aioſior facta ſe protinus ab olympo demiſit in
terras. Et ſicut iuppiter ſuperne uibrato ſydere cum multa ac ſcintillanti face ſolet pecto-
ra nautarū exercituūq; terrere futuri alicuius mali p̄fagio. Sic ipſa eiuſdem ſyderis & ſpe
cie in ſe ſuſcepta & curſum imitata cū in mediū delapſa eſt ꝛutrūq; exercitum huius ſpe
ctaculi pauore percuſſit. Inter quos fuerūt qui tam ex his q̄ ex illis ad ſocios conuerſi dice
rent. profecto iuppiter belli paciſq; arbiter hoc portēto ſignificat aut durū aſperūq; inter
nos prœliū ꝛaut concordiā ꝛ& pacificationē fore. Atq; illi ita dicebāt. Pallas uero iterū trāſ
figurata in formā ſtrēnui Laodici Antenoris fili intulit ſe ī acies troianorū ꝛperq; eas ince-
dens circuibat oculis ſicubi iſignem pandarū īuenire poſſet. Quem ubi uidit: inuenitq; ī-
ter ſuorū militū cateruas ſtantē p̄pius accedens ita affata eſt. Pandare uir fortis ac ſtrēnue
ſi quā mihi conſulenti fidem habendā putas ꝛnunc p̄fecto tibi opus eſt aio ut in Menela
um ſagittā īmittas cōſecuturus hoc pacto ab oibus troianis ſummā & gr̄am ꝛ& gloriā p̄
cipueq; ab rege Alexādro ꝛa quo etiā augeberis mirificis donis ꝛſi Menelaū tuo telo uide-
rit īterceptū. Age igitur īuocato prius apolline deo ꝛ& ſagittandi peritiſſimo & tibi amico
nūcupatiſq; illi uotis ꝛſi domū rediens ſacrificiū te ſibi ex primigenis agnis eſſe facturum
Menelaū cōfodito. Hæc Pallas. Quibus ſtultus ille p̄ſuaſus arcū protinus ex corito edu
xit. Erat aūt hic arcus mira arte uiſendus ex cornibus ibicis factus ꝛquā ē rupe quadā p̄mi
nentē pandarus exiſidiis percuſſo ſagitta pectore p̄cipitem deiecit: eiuſq; cornua ex octe
nis utrinq; ramis ad fabrū arcuariū contulit ꝛiuſſitq; arcū ex illis q̄optimū & q̄pulcherri-
mum fieri adiectis ex auro cuſpidibus. Hūc igitur arcū Pandarus eductū recuruato oſſe
contēdit ꝛhumiq; deponūt. Tum iuſſis ſociis ſcuta opponere ꝛne forte p̄uiſa re Græci pri
us excitato tumultu conſurgerent ꝛqm̄ ipſe ictū miſiſſet ꝛdepromit ſagittas ē pharetra ex
hiſq; unā elegit nunq̄ antea emiſſam & inter oēs pennis ꝛhaſtili ferro maxime habilem &
ad mortiferū aptiſſimā. Quā ubi neruo impoſuit ꝛadaptauitq; uota concepit ꝛſi domum
redierit ꝛſacrificium ſe Apollini ex primigenis agnis eſſe facturū. Finita p̄ce prehenſum
(ut fit) cū ſagitta neruū retro trahēs quaſi orbefacto (nam neruus papillæ ferrū uero ar-
cui uicinū erat) neruū ſagittāq; dimiſit ꝛſibilante arcu ſed aptius ſibilante neruo. Itaq; ex-
pulſa arcu ſagitta uolucri auras uolatu p̄currens Menelaū petit ꝛplagā inferre atq; exitiū

cupiens.

cupiens. Sed non imemores tui Menelae dii fuerũt, ut te intercipi illo sinerẽt ictu: pcipue q; Pallas, quæ á te ita prope aberat ut mater ab infante suo: quẽ grato sopore ꝓfusum ab improbo muscarum incursu dextræ uentilatione defendit. Itaq; ueniẽtem ictum in eã corporis partẽ detorsit. ubi aurea fibula zone cõmittebatur, & ubi thorax uentri ĩsidebat eo sagitta perlata primũ per ipsum fibulæ aurũ, deinde per thoracem, postremo per lamĩnam, q̃ fidele cõtra missilia tutamen est, & maxime tutelæ, tunc fuit adacta, non nihil ꝓstrinxit é corpore, statimq; ater cruor e uulnere profluxit. Ita quales hã benæ sunt: quas ĩ. ducto sup ebore albentes Meoniæ mulieres, atq; cariæ rubrica tingunt, easq; ĩ talamo reponunt, multis quidẽ equitibus concupitas, soli tñ regali currui destinatas: unde & eq regii ornẽtur, & eoꝝ agitator gloriet. Talia tua erant Menelae crura. calces sanguine candorem formosorũ artuũ distinguente. At ubi atrũ cruorẽ foras emanantem Agamẽnon Menelaus q; inspexerũt: uterq; uæhemẽter expauit multo tñ uæhemẽtius Agamẽnon cũ neruũ extra uulnus & aculei tantũ extremas pinulas uidit extare Tunc apprehensa Menelai manu ꝓfundo gemitu suspirans, quẽ gemitũ socii pariter suspiriis exceperũt, ita eũ alloquebat. Ergo ne carissime frater singulare certamen inisti, ut unus ĩspectãtibus Græcorũ copiis ista sustineres? Ideo fœdera ego pcussi, ut tu frater per illa occidereris? Ita ne illi & te confisum iureiurando uulnerarũt? & fœdera tam solẽniter icta cõculcarunt? profecto nõ erit ipsis impune & nos iureiurando cõfisos decepisse & deos contẽpsisse. Nam etsi nõ ꝓtinus de sontibus supplicĩũ sumat cælestis, tñ posteri? sumit & quidẽ multo acerbius. Dabunt itaq; pœnas fœdifragi troiani suis uxorũq; ac liberorũ capitibus. Nã mihi pro cõperto est: q̃ aderit dies: qñ ĩsignis troia cũ. Priamo atq; oi populo exscindetur. Sí q dem Iuppiter ab alto facta hoĩum æstimãs ob hãc pfidiam indignatus ipse de Troianis ipse supplicĩũ sumet, neq; hoc quominus futurũ sit ullo pacto reuocari põt. Veꝝ ut hæc ita sint, nõ tñ (me ĩfœlicẽ) hunc tantũ dolorẽ capere non possum, si tu mihi Menelae frater subita morte eriperis, priuabor ego te frater suauissime, priuabor & gloria, redibo argos sine te, redibo extrema notatus infamia, futurus opprobrio Græcis, futurus gaudio Troianis. Oẽs enim Græcos ꝓceres, te extincto, capiet reuisendæ patriæ desiderium ita qui Helenã á Troianis recipere, tibiq; restituere cogitaueram, nõ mõ illã non recepero: sed te quoq; troianis, decepta expectatiõe, reliquero, iacebis ergo nobis hic ꝓfectis ĩ hac hostili terra humatus. Ad cuius tumulũ ueniẽtibus nõ nunq̃ supbissimis Troianis consistentibusq; erit qui dicat utinã ĩ cæteris oĩbus ardẽtis aĩ conatibus ita compos uoti sit Agamẽnon: & auiditati suæ satisfaciat: ut nũc fecit: qui re ĩfecta: frustraq; labore exausto: cum tanta Graioꝝ classe: quã huc portauerat: domum rediit: iclyto Menelao fratre hic relicto. Hæc ille cũ diceret: tũc optarĩ ima terra ad iferos me cõditura dehiscere t. Ad quẽ rñdens Menelaus inquit. Et tu bono aĩo esto Agamẽnon, nec populos ista oõne ꝓterre facias. Neq; enĩ lætaliter tælũ penetrauit ĩ corpus: obstãte fideli baltheo: thorace: lamĩna: q̃ mihi saluti fuerũt. Vtinã istud sit respõdit Agamẽnon, quod ais frater carissime. Nãq; si ita ẽ: medicus tẽtato, exploratoq; uulneri pharmaca adhibebit: qbus dolores acerbi mitigent. His dictis fidũ sibi ꝓconem Talthibiũ iussit Machaonẽ, diui Aesculapii filiũ accersere his uerbis: Talthibi: q̃ primũ huc siste Machaonẽ: principẽ: ut Menelaũ sagitta ictum inspiciat, hoc enim ei uulnus siue tros siue lycius sagittãdi sciẽtissimus ifixit, adeptus sibi ĩ signẽ gloriã, nobis uero ingentẽ luctum relinquẽs. Cuius dicto talthibius audiens abĩt: circũferensq; oculos sicubi quẽ quærebat: agnosceret. Machaonẽ aspexit inter suas copi

as stantẽ:quas ex tricce adduxerat fortiũ militũ eorũq; scutatorũ. Ad hunc proxime accedens talthibius. Veni inqt accersit te Agamẽnon inspecturũ Menelai principis uulnus: quod ei quidã siue nos siue lycius sagittandi sciẽtissimus ifixit:adeptus sibi isignem gloriam:nobis uero ingentẽ luctũ relinquẽs.Hæc talthibius.Quibus auditis mirũ imodum Machaon pturbatus est:repẽteq; una cũ nuncio per medias acies illuc:ubi Menelaus cõstiterat:ueniũt:reperiũt aũt illũ stantem in medio multorum & iam maxima cuiusq; procerum corona circũdatum.Hic protinus Machaon primũ ex baltheo sagittæ hastile eximit deinde ferreas pinnulas amputat tum zonã laminasq; dissoluit dehinc uulnus q̃ alte descenderit:explorat postremo expresso ẽ plaga sanguine medicamenta ad leniendum dolorem curandũq; uulnus apposuit miro artificio composita quæ ipse a patre:ille uero a Chyrone didicerat.Dum hæc apud Menelaum geruntur troiani interim arma ceperant:iamq; i aciem istructi procedebant:& ex aduerso Græci arma sibi induebant certamen aio uersantes.Ibi uideres Agamẽnonem non dormitantẽ non animo territũ: ferentemq; molestę q̃ res ad manũ uocaretur sed ꝓperantẽ ut inita pugna ipse dimicaret.Igitur curru cathafracto equisq; omissis cum Eurymedonte auriga Ptolemæi Pirædæ filo iussoq; illo etiam atq; etiam ut sibi postq̃ copias istruxisset fesso cum curru p̃sto esset.Ipse pedibus incedens acies ordinabat & quos accingere se ad p̃lium cernebat ad hos assistens tali eos oratione exhortabatur.Agitedum uiri Argiui nequaq̃ cesset uestrũ robur uester ipetus uestra rei militaris peritia ioue optimo maximo pro nobis pugnaturos contra fœdifragos periuroſq; troianos quorũ haud dubie corporibus aues feræq; pascent. Vxores aũt paruiq; liberi urbe dirrepta euersaq; a nobis in Græciam portabũtur.At quos pugnam detrectãtes uidebat hos acerbissimis uerbis increpabat.O argiui nominis dedecus idigniq; militia non pudet seducere uos pugnæ quasi iam defessi armis hucusq; deportandis nec ultra procedere audẽtes i modũ hynnuloꝝ timidissimi aialis qui cursu defatigati in medio campi subsistũt:nec i occursum tendũt sed in se occurrere pmittũt.Nunquid ignaui eousq; expectatis dum Troiani eo ueniant ubi naues subductæ occupant littus ut uideatis an tunc iupiter periclitantibus uobis auxilietur ab altoq; porrigat manũ.Atq; hunc in modũ Agamẽnon hos exhortãs illos increpans ad cateruas Cretensiũ peruenit quæ se iuxta principẽ suum idomeneũ armabant ipse uero idomeneus ut ualidis uiribus suos i prima acie curabat.meriones aũt auriga i postremis eos qui longius aberant urgens ut se armarent ac duci p̃sto eẽnt.Quos cũ uidisset agamẽnon maiorem imodũ lætatus placidis illũ uerbis affatus est. idomeneu tu mihi inter omnes Græcos p̃cipuo in honore haberis quo cũ actu siue domi siue militiæ quin i ipsis etiam tẽpestiuis conuiuiis at in populo cui maximi quiq; Græcoꝝ adhibentur cum cæteris bibere uolentibus semipleni calices tibi ramẽ uni ut mihi pleniores apponunt. Agedum igitur capesse prœlium & qualẽ te fore gloriari soles talem te hodie p̃sta. Ad quem rñdens idomeneus.Ego uero inqt summe Agamẽnon quẽadmodũ antea pollicebar hic dies declarabit me tibi amicissimum eẽ sed tu quando potius alios exhortaris ut quando quidẽ fœdera facta sunt irrita q̃primũ pugnam capessamus manibusq; nostris troiani per quos iusiurandũ uiolatum est mortem atq; omnia extrema patiantur.Sic locuto idomeneo Atrides abiit plenusq; gaudii ambulans ad phalanges utriusq; Aiacis uenit.Eos autem comperit iam armatos iam galeatos iam in p̃cinctu stantes longo eos a tergo peditũ agmine sequente densis scutis densisq; lanceis & nigre nubis spẽm p̃ben

te qualem

te ꝯ qualem supra mare sonori zephyri impulsum ueniẽtem imbribus grauẽ procul a mõ tis uertice conspicatus pastor cõsueuit raptim in specum subducere oues: pro se ac ꝓ re ge solicitus. Hos ita accinctos ad bellũ esse summopere gauisus Agamẽnon ita allocu tus est. Enimuero uos ego iter Græcoꝝ principes neq; exhortari ad bellum debeo: neq; ex hortor ꝯ quippe q & copias uestras imperio: & alienas exemplo ad prœliandum adhorta mini. Quod utinã tibi pater Iuppiter: tibiq; Pallas: tibiq; Apollo liberet talem aium cæte rorum pectoribus infundere. Breui profecto nostris manibus expugnata troia deleret. Hæc dicẽs processit ad alios ꝯ uenitq; ubi Nestor copias suas & hortabat ꝯ & in aciem in struebat ꝯ ꝓpositis suæ legioni cuiq; ducibus Pelagõte: alastore Cromio: Aemone: Biante. Et currus qdẽ in fronte: peditũ aut optimos quosq; ubi esset robur belli atq; subsidiũ: in postremis ꝯ ibecilliores uero i medio collocauerat. Quibus q̃si utrinq; cõclusis necesse es set ꝯ uel uolẽtibus dimicare. Equitibus ꝯ quorũ primæ partes erant: precipua ꝯ preceptaque dabat ꝯ inquiens primum Mementote milites suos unusquisq; moderari equos ꝯ ut in lo co suo stent ꝯ & cum aliis non tumultuentur ꝯ ut nullus alteri sit ipedimẽto. Deinde nemo uestrũ ꝯ aut aurigandi peritia: aut uiribus fretus procedat longius á suis dimicãdi gra ꝯ ui cissimq; nemo retrorsum se recipiat ꝯ sic enim infirmiores essetis ꝯ & magis iniuriæ oppor tuni. Postremo cum quis uestrũ hostilem aggreditur currum: scitote multo satius eẽ lan cea pugnare q̃ gladio. Id quod illi ueteres factitabant ꝯ qui hac disciplina ꝯ hoc more ꝯ hoc animo ꝯ in bellis usi multas urbes: multaq; oppida expugnauerũt. Atq; in hũc modum se nex priscoꝝ bellorũ doctissimus suos milites ad bellum instruebat. Quẽ ita agentẽ Aga mẽnon cũ uideret gauisus ita allocutus est. Optime senex ꝯ si qualis tibi mens ꝯ tale & cor pus foret ꝯ uirtutiq; animi uires responderẽt ꝯ sed odiosa te senectus iam obruit. Quanto dii Boni satius foret ꝯ ut translata in alium ista senectute ꝯ tu bona illius ætate frueris. & mo re iuuenũ posses in medio Marte uersari. Ad quẽ respondens senior: & ipse quoq; inquit Istuc uellem Agamẽnon ꝯ ac maxime optarem reuerti ad meliorem ætatem: qualis tunc eram ꝯ cum Diũ Ereutalionem iterimi. Verũ quid facias? Non oia pariter dii hoibus dare consueuerũt. nec mihi uolunt simul adesse senilem prudẽtiam uiresq; iuueniles. Atq; ut tunc iuuenis eram ꝯ ualens robore, ita nunc senio cõfectus sum ꝯ nihil tñ minus. Sic quoq; inter equites in prœlio uersabor modo instigans. Hoc nãq; seniorũ ducũ ꝓpriũ officium est. Qui post me nati sunt ꝯ ac uiribus uigent ꝯ hi bella cõmittant ꝯ manusq; conserant: sed mea tñ uoce gubernent. Sic Nestor. Quæ audiens Agamẽnon impẽsius gauisus ad alios duces ire pexit. Inuenit aũt Menesteũ ꝯ unaq; Vlixem ꝯ utrũq; stantẽ ꝯ uttũq; cum suis: hunc Cephalenoꝝ illum Atheniẽsiũ copiis ꝯ & his & illis ad bella ꝓmptissimis. Etenim sta bant expectantes dum aliquæ cohortes Græcoꝝ lacesserẽt ꝯ & prœliũ priores inirent. Si quidẽ nõdum ex alia parte uocem pugnæ cõmissæ exaudierãt. Sed tum primũ excitatas hostium ꝯ ac sociorum phalanges moueri uidebant. Hos ita stantes ꝯ expectanteſq; Aga mẽnon intuens obiurgationibus adortus est. Et quid ita utrunq; te fili Petei regis ꝯ teq; do li ꝯ ua framentiq; artifex formido corripuit? Qui sic semoti estis ꝯ qui alioꝝ auxilia expecta tis ꝯ qui donec priores aliqui prœliũ capessant remoramini ꝯ quos potius decebat inter pri mos in acie uersari ꝯ primoſq; ueniẽtib⁹ hostibus occurrere ꝯ & sane uos primi estis ꝯ quos ad solẽne conuiuiũ uoco ꝯ uos prima loca in discumbẽdo obtinetis ꝯ uobis delicatius obso niũ ꝯ uobis nobilius uinũ ꝯ & quotiẽs cũ uultis apponit. At nunc gratũ scio uobis fuerit ꝯ si etiã decẽ cohortes alioꝝ ante uos pugnam icipiãt. At hunc Vlixes toruo intuẽs uultu ꝯ q̃

lis inquit Agamẽnon ex ore tibi excidit sermo? ut diceres nos segnes esse ad bellum ꝛ nec audere iter primos troianis ex aduerso ueniẽtibus occurrere: sed alios priores expectare? Spectato ꝛ si tibi uacat ꝛ & si istud curæ tibi est Thelamachi patrẽ cum Troianis i prima acie pugnãtẽ: & istam uaniloquã oronem missam fac. Tunc Agamẽnon cũ idignatũ cognouisset arridens ꝛ ut conciliaret: ita affatus est. Noli nos ita locutos idignari: nobilissime ac sapientissime Vlixes. Neq; enim tantopere te obiurgaui: neq; tibi preterq̃ qd aius fert iubeo. Intelligo tibi consilia non tumultuosa & turbida: sed sedata & quieta eẽ amica. Id quod mihi quoq; maxime placet. tu mõ igredere ꝓlium ꝛ nos autẽ. Si quid i loquẽdo peccauimus: id tibi postea satisfacere curabimus ꝛ diiq; faciant ꝛ ut tua i hoc bello uirtus nram in te reprehensionem superuacuã ꝛ uanãq; fuisse oñdat. Hæc dicens ad alios ꝓfectus est: iuenesq; magnanimũ Diomedẽ cũ eius auriga Stenelo Capanei filio iuncto curru insistentem his uerbis increpuit. O facinus: quid ita terreris tidei ꝑstantissimi ducis fili? qd ita expectas ꝛ ut alii tibi uiam faciant: quid ita á parente degeneras? Neq; enim ille ad hostiũ aduentũ expauescebat: sed primus iter socios semp ꝛ & solus se obuium ferebat: ut uniuersi ferũt ꝛ q simul cũ illo militauerũt: nã ego hoiem neq; notũ habui: neq; uidi unquã licet Mycenas sine armis uenerat ꝛ hospitioq; familiariter receptus unã cũ dio Polinice ꝛ uenerant nãq; petitũ auxilia ad bellũ ꝛ quod ad thebas eo tpe gerebãt: obtinuissentq; auxilia ꝛ q̃ tantopere orabant: ut iam decretũ erat: ni Iuppiter finistris hoibus Myceneos deterruisset ꝛ atq; cũ Mycenis tideus moraretur fama est neminem illi uiribus corporis potuisse æq̃ri: at postquã rediens ad fluẽta Asopi uenit: cæteri eum Græci ad Eteoclem prolegato miserunt. Ad quẽ cũ iuisset: Ingressusq; regiã cõplures illic ciues cõperisset (forte cũ Eteocle in cõuiuio erant) nõ timuit & hostes & solus Thebanos omnes ad quolibet certaminis genus prouocare ꝛ atq; ut animose ꝓuocauit ꝛ ita omnes (sic illi Pallas ꝓpitia erat) strẽnue uicit. Q uãobrẽ thebani dolore idignationis accensi reuersuro isidias tetenderũt: collocatis ad opportunũ locũ ꝛ qua Tideus trãsiturus erat: qnquagita iuuenibus cum duob⁹ ducibus deorũ imortalium robore similibus Mæone Aemonis ꝛ & Lychophõte Authophoni filio. Eos Tideus oẽs ad ipsum locũ occurrẽtes strauit ꝛ occiditq; ꝛ fretus deorũ ꝛ quæ sibi ministrabãtur ꝛ auguriis: unũ tantũ Mæonẽ cum tristi nũcio redire pmisit ꝛ imo iussit ꝛ & talis fuit Tideus. At eius filius i concione ꝛ quidẽ est patre ꝑstãtior i bello aũt multo iferior. Hæc agamẽnon ꝛ Cui Diomedes nihil oino respondit nõ ausus talem uenerandi regis refellere oronẽ. Ibi Stenelus socium tacere uidẽs. Noli iquit agamẽnon: cũ scias quid uerũ sit aliter loq ac sentis ꝛ nõ me fallit ꝛ nos ut sumus hic uideri prestantiores nris parentibus teste tua conscientia ꝛ loquor equidẽ si i illo nos bello fuissemus ꝛ sactos Thebarũ muros ꝛ uel cũ minore exercitu euertissemus ꝛ dũmodo nobis nec deorũ auguria ꝛ nec Iouis beniuolentia defuisset. Sed illi per nimiã pugnãdi temeritatẽ occiderũt. Q uãobrẽ caue ne eandẽ parentibus nris laudẽ iperitias ꝛ qualẽ filii meremur. Ad hunc Diomedes toruo respiciẽs uultu Stenele uir ꝑclarissime ꝛ qn taces iquit noli i istam sententiam plura ꝓloqui ꝛ ac meo aquiesce sermoni. Ego uero Agamẽnonẽ pastorem populorũ minime culpãdum censeo urgentem Græcos ad bellum capescendum. Q uippe quem & summũ decus sequit̃: si uincimus ꝛ & extremũ dedecus si uicimur. Eia igitur Stenele ꝛ quod ad nos attinet ꝛ bellũ adeamus ꝛ qualesq; sumus rebus ꝛ nõ uerbis ꝛ ostendamus. Atq; hæc dicẽs ut erat armatus é curru desiliit. Adq̃ saltũ arma horrifico quodã fragore cõcussa strepuerunt ꝛ adeo ut etiã ꝑstanti animo uiq; cõterruissent. Igit̃ crebræ undiq; Græcoq; acies urgentibus

gentibus eas ducibus in bellum pugnamq; descendunt/ tali specie: qualis undarum est ad gementia littora Zephyro ꝓcelente tendētiū/ quæ densæ/ aliæq; post alias festinantes/ primo per ipsa spaciosissima maris terga tolluntur: mox uasto cū fremitu harenis illisæ obstantes aggeres transcendere conātur: tenuem aspginē altius/ longiusq; emittentes ex Græcoꝝ quidem ꝓterq; ducū milites adhortantium/ monētiū: aiantium: nullū clamorem: nullā uocē exaudires/ cum tot tantæq; copiæ essent/ uerebant᷑. n. suum quæq; ꝑperatorē) crederes elingues esse: ac mutos/ tantū immēsam armorū lucē in illo exercitu uideres. At copias troianorū infinitis ouiū gregibus cōparares/ quæ intra ꝑdiuitis domini septa conclusæ cū a pastoribus mulgentur: auditis agnorū uocibus/ assiduos balatus exercent. Talis reddebat᷑ a troianis sed dissonus tū ac multiplex ululatus/ tot populis/ q; auxilio uenerāt/ sua singulis lingua ac suo more uociferātibus. Instigabat aūt ad pugnā hos mars: illos minerua: utrosq; terror: utrosq; timor: utrosq; puicatia mortiferi martis soror/ ac socia/ quæ primo nō ita multum erecta esse solet/ nec uæhemēter assurgere/ mox adeo attollitur/ ut uertice ad cælū proxime accedat/ cū pedibus ingrediatur per humū. Nāq; auida tam acerbi spectaculi uenerat īmissura pectoribꝰ uincēdi rabiē/ unde labor gemitus/ dolor: uulnera: mortesq; nascunt᷑. Vbi uero ambæ acies in eundem campū descenderūt/ ac sub iactū teli uenerūt: tūc iacula omni conatu i hostes ac pila conicīūt. Deinc scutis sublato simul clamore cōcurrūt: manusq; cōserūt/ hic audiri uoces ꝓcutientium poterāt: & ꝓcussoꝝ/ illoꝝ cū exultatione/ hoꝝ cū gemitu/ hic uulnera cerni/ sanguisq; ꝑ corpa & ꝑ solū fluēs ac fusus. Atq; ut multi torrētes ab altis iugis decurrētes i unū simul gurgitē tāto cū sonitu cōmiscētur/ ut cū ꝓcul ab edita rupe pastor exaudiat: sic duorū exercituū & cōflictus fiebat: & fragor audiebat᷑. Primꝰ aūt Antilochus Thalysiden Ethepolū fortissime i pria acie dimicātē iteremit/ excussa prius pilo buccula: celsisq; cristis deide eodē pilo i fronte defixo/ & ad ītima usq; ossa adacto. Ille ad hūc ictū mortis caligine oculis oborta pronus tanq; turris in mediū pugnātiū corruit. Cuius collapsi inter īsesta tæla Elephenor Calchodōtis filius arrepto pede strēnue pertrahebat cupiēs q; primū defuncti hostis spoliis potiri. Verū hæc misero cupiditas maturæ mortis attulit cām. Nāq; inter trahendū magnanimus Agenor nudatum scuto latus lācea haurit/ ꝓcūbere que illic exanimem coegit. Hic tū super amborū cadauera cōsurgit aspera & uæhemēs i utrosq; exercitus pugna. oibus ueluti lupis i hostes sese ferētibus. & unoquoq; si quē iterimat legēte. Ibi Aiax Thelamonius Simoision Anthemionis filiū cū eo cōgressus occidit florētē ætate: & adhuc cælibem. Quē q; ideo Simoision uocauerāt/ q; eū mater cum ab Ida descēdēs pecora ad parētes reuisenda deduceret. ad ripā Simeontis pepisset. Sed hic miseris parētibus alimēta ac uicē pietatis ꝓsoluere nō potuit: intra tā breue ætatis suæ spatiū hostili tælo iteremptus. Aiax. n. obuiā ueniēti pectus ad dextrā papillam ita uæhementi ictu ꝓcussit. ut lancea per humeꝝ extaret: & hic nō aliter rueret. & q̄tus erat porrectus iaceret: q̄ celsa populus pingui solo adulta manu ferroq; carpentarii cæsa ruit: & ingens ad ripam fluminis currilibus rotis destinata ꝓsternitur. atque illic relicta exarescit. Quod uidēs Antiphus Priami filius bello strēnuus in Aiacem iaculum cōtorquet. quod nō ipm Aiacē sed Leucū Vlyssi fidicissimū comitē pertulit. Iis enim inter confertos pugnātes ac socios Simoision cū ingenti strepitu trahebat. Sed accepto ictu mortuū manu remisit. pariter & iuxta ꝓcubuit. Cuiꝰ nece Vlysses i furorē accensus ad primos pugnā tes ꝓcessit. & q̄ maxime poterat. collato cum hostibus pede. librato tælo circūspectās in

quem illud potissimū torqueret.troiani aūt in se quisq; dirrigi ictum cernebāt: sese loco subducebāt.tñ licet sparsos pallātesq; ob metū uideret.nō incassum uibrauit ictum:pcusso Democohōte Notho priami filio.Qui ex Abido uenerat,ubi equos uelocissimos patris custodiebat.Huic Vlysses,ut dolor uires dabat,lanceam per utrunq; tēpus exegit: ita ut alterū hasta,alterū spiculo teneret.Eo ad terrā cū uasto armorū sonitu collapso.troianorū primi pugnatores,atq; adeo ipse Hector pedē referre cœperūt.tum Graii ingenti clamore trahere cadauera,ac spoliare,longius ꝓcedere:instare cædētibus,in apertā fugā illos cōpulsuri,nisi Apollo cuncta e pgamo ꝓspectās indignā hāc rē animo ferēs troianos ad reintegrandū prælium animasset exclamās.inferte gradū troiani equites,ne cædendū in bello putetis.Neq; n.lapidei sunt aut ferreis mēbris:ut uestro mucrone confodi nequeant,quin & Achilles thetidis filius ab hoc prælio abest sedens intra tentorium in socios græcos uæhemēter iratus.Sic Apollo ab horrēdis uocibus troianos incitabat,inuicem Achiuos Pallas adiens quoscunq; cessare animaduerterat.tunc Diori Amariachidæ fatalis hora admota est.Ei nāq; Pirus Himbrasides tharcum princeps ex Aeno patria ꝓfectus dextrū crus prope talū molari pcussit.neruosq; utrosq; fregit atq; ossa contriuit rursusq; non contētus illo uulnere,collapsum retro & manus fugiente iam spiritū ad fidos socios tendentem accurrens ad umbiculum ferit,statimq; illi omenta pfossa sunt,tenebræ æternæ oculis obductæ.Cæterum in hunc se telum recipientem dextra thoantis Etholii contortum pectus ei subter papillā trāsfixit:atq; in alto pulmone defixum est Quod ilico accedēs thoas ē pectore eduxit,& gladio,quem distrinxerat medium uentrē amputās emori illum citius coegit.Non tamen ipsius mortui exuuiis potiri licuit:circū se fundētibus undiq; thracibus,& in unū tela intēdētibus:ut eā a defuncto supremā contumeliam propulsarent.ita thoas q̄is magno ut corpore,sic robore,usuq; belladi,relinquere inspoliatum cadauer coactus est.interea dum hi ad hunc locum gerunt: plurimi quoque alii & hic & alibi cadebāt.adeo quidē ut horū operā uituperaturus nō fuerit si quis per medium se tulisset nulli eum neque gladio neque tælo præstringēte,quem manu Pallas ipsa circunduxisset:inuiolabilemque ab omni tælorū incursu pstitisset.

ILIADOS LIBER QVARTVS EXPLICIT.INCIPIT QVINTVS.



Allas autem,ut pter cæteros Graios bellatores Diomedem faceret,tum in certamine insignem,tum ex certamine cōpotē gloriæ.illi9 animo maiorem impetum,corpore maiores uires armis quoque maiorem splendorem dedit.Nam ex galea,ex scuto,ex humeris igneus splendor emicabat: instar antūnalis stellæ,quæ ex oceano lota consurgens sereno cælo præter cæteras fulget.huic similem Diomedem,illoq; animi ac corporis robore prædītum eō Pallas immisit,ubi plurimus strepebat belli tumultus.Erat autem Diomedes pedester. Cui uenienti Phegeus atq; idæus eodem in curru stantes in occursū tendunt.iuuenes in omni bellandi genere scientissimi fratresque troiano Darete geniti,uiro admodum locuplete,& optimo mulciberi sacerdote,& tendunt ex diuerso:alter quidē pedester:alter uero equester qui ubi ꝓpinqui facti sunt:Phegeus lanceam prior in Diomedem contorsit quæ supra sinistrū delata humerū sine ictu pteruecta est,quod non fecit lancea Diomedis.Nāque

in medium

in mediũ adacta Phegei pectus ſinterq; papillas defixa ſiuuenẽ occidit ſeũq; é curru p̃cipites dedit. Q d' frater uidẽs uiribus ſuis diffuſus deſiliit: relictoq; curru á fratre fugã cepit ſnõ tñ euaſurus niſi mulciber futurã ſenis miſerat⁹ orbitatẽ obducta nube fugiẽtẽ iuuenẽ ab oculis fugãtis ademiſſet. Illo fuga erepto diomedes equos cũ curru p̃hẽſos ſociis tradidit ad naues deducẽdos. At Troianos ſubi alterũ ex daretis filiis trãſfoſſum iacere alterũ ægre fuga liberatũ cognouerũt: ingens formido puaſit. Hic pallas p̃henſa Martis manu ita illũ allocuta eſt. Q uid agimus Mars Mauors cruẽte ſac ſanguinarie. Non ſinemus troianos græcoſq; per ſe ſac ſine noſtra ope pugnare ſeoſq; uincere ſ utris iuppiter optimus maximus uictoriã dederit. Nos mihi crede ſá bello ſupſedeamus nec iouis indignationẽ uelimus ĩcurrere. Hæc cum dixiſſet ſa pugna Martẽ ſeducẽs ſapud ripã Scamãdrii in herboſo ſedili collocauit: & troianis iã oĩbus ĩ fugã uerſis ſ inſequẽtibuſq; Græcis ſinguli principũ aliquẽ ex hoſtibus iterficiebãt. Q uorũ primus Agamẽnon ſumm⁹ Graiorũ priceps Odion Alizonũ ducẽ ſingentis corporis uirũ ſiaculũ inter humeros ultra pectus ſifixo de curru deiecit: cũ uaſto tũ corpis tũ armorũ fragore. inclytus aũt idomeneus Phæſtũ meonis mori filiũ ex fertili tarna p̃fectũ ſpilo lõgo apud dextrum humerũ percuſſit ſe curruq; in quẽ modo aſcẽderat ſruere moribundũ coegit ſac ſpoliãdũ Cretẽſibus ſuis reliquit. Scamandrius uero Menelaũ inſequẽtẽ fugiẽs tergo iaculũ illi⁹ accepit ſimmo & pectore. Nãq; & pectus tranſfixũ eſt ſatq; ut currebat p̃nus collabẽs ruina corporis ſatq; armorũ immẽſum ſonitũ dedit ſqua ruina ac ſonitu cõterriti equi reſilentes fugã capeſſerũt relicto dño ſquem & ſpũs ſanimuſq; reliquerãt. Filius hic Strophi fuit uenãdi ſagittãdiq; ſolertiſſim⁹. Q uippe ab ipſa Diana inſtitutus: ſed tũc ei neq; peritia ſagittãdi ſqua ipercutiendo oi ferarũ genere tantope p̃ſtabat: neq; Diana auxilio fuit. quin telo menelai occideret. Erat inter fugientes Phereclus quidã illius Armonidis filius: quẽ p̃cipuo quodã amore minerua dilexerat: ideoq; nihil eũ fugit: quod fabrili arte effici poſſet. is inter alia: quæ fabrefecerat naues illas Alexãdro ædificauit: quæ fuerũt omniũ malorũ caput: pniciоſas atq; mortiferas: ut cæteris troianis: ita ipſi ædificatori: qa deorũ monita nõ intellixiſſent. huius filiũ meriones cũ fugiẽtẽ aſſecutus eſſet: dextrũq; lumbum telo contodiſſet ſadacto inter oſſa ſuſq; ad ueſicam ferro in genua cũ gemitu procũbit. Statimq; obortis ad lumina tenebris extinguitur. meges aũt Phylides & ipſe cum p̃pe acceſſiſſet Pedæo occiput eius pilo hauſit ſtrãſfoſſa ceruice ſubi fons neruorũ ẽ: dẽtes mẽto affixos execuit ſquo ex uulnere moriẽs ille humi p̃cubuit. Fuit aũt hic fili⁹ Antenoris. Nothus qdẽ: a theano tamen nouerca ſmaritalis obſequii gr̃a nõ aliter educatus q̃ ſi legittimus ſq̃ ſi unus ex ipſis liberis fuiſſet. Eurypilus quoq; diũ Hipſenora iteremit filiũ magnanimi Dolopionis: qui erat ſacerdos Scamandri in tanto honore habitus ac ſi de⁹ quidã eſſet. Nã fugiẽtẽ ab eo aſſecutus manũ cũ toto lacerto enſe præcidit ſ q̃ humi delapſa cũ multo ſanguine ſipſe quoq; Hipſenor caligãtibus dura morte oculis expirauit. interea cũ hæc apud alios gerũtur ſ Diomedem non dignoſcas ſutra ex parte ſ aut cũ quibus ſ troianis ne ſ an Græcis dimicaret. ita iam in medium hoſtiũ mediumq; cãpi penetrauerat ſ torrẽti fluuio ſimillimus ſqui imẽſis repẽtiniſq; ibribus adauctus: ac p̃cipiti ĩpetu euolutus. nõ ſolitis ripis nõ aggeribus in tutelã ortorũ ſagrorũq; extructis cohiberi põt. Sed oia tamẽ ſcindens: diſſipãſque: ac põtes ipſos ſoluẽs: lætas ſegetes: ac pinguia late agricolarũ culta deuaſtat. Sic Diomedes ſq̃is dẽſas: q̃is fortes troianorũ phalãges: nemine reſiſtere ſuſtinẽte ſ turbabat. Q uẽ ubi tam hoſtilia agẽtẽ Pandarus Licaonis fi-

lius aiaduertit: ꝓtinus in eum directo arcu assurgentem in uulnus ferit: infixa apud thoracis orā in humero dextro sagitta: & in cōtrariā usq; partem adacta. Quo uulnere conspecto Pandarus ꝯ & late sanguināte thorace ꝓclamat. Inferte nūc pedem Troiani ꝯ nūc ingruite animosi equites in hostes Græcos quoꝝ ꝑstantissimus ita meo tælo ictus ē ꝯ ut reat diu icolumē eē nō posse ꝯ si me non frustra Apollo huc uenire ex lycia iussit. Hæc gloriabūda uoce Pandarus Diomedes āt magno ꝯ sed nō letali uulnere affect9 relato pede ad currū suum: quē non procul Stenelus ducebat ꝯ sese recepit. Ibiq; sistens gradum ad aurigam suum inquit. Propere quæso amātissime Stenele descende de curru ꝯ ut hāc euellas: quæ me cruciat ꝯ ex humero sagittā. Quo audito Stenelus festināter e curru desiliit ꝯ accedensq; ad humerū de uulnere tælum euulsit. Tunc ingenti ui sanguinis statim effusa & per arma affatim defluente ꝯ his uerbis Diomedes Pallada obsecrabat. Tritonia magni iouis filia: si quando te ꝯ aut patri ꝯ aut mihi studiosam exhibuisti i bellis: nūc quæso exhibeas: tribuasq; ut & incolumis sim ex hoc uulnere: & uirū illū: qui me ꝓcussit meis manibus ꝯ meoq; telo adortus occidam. Quī gloriabūdus ad suos dixit fore ꝯ ut nō diu iocūda hac solis fruerer luce. Sic orationē Pallas exaudiēs ad hoiem accessit & imisso in illius manus ꝯ lacertos ꝯ crura ꝯ pedes ꝯ ac cætera membra ꝯ agili robore. Sic eū allocuta ē: Bono animo esto Titides. nec dubites pugnare cum Teucris. En imisi in tuum pectum uim illam paternā ꝯ qua semper Tideus in pugna intrepidus fuit. Quin & nubem tibi ꝯ qua mortales oculi teguntur ꝯ amoui ꝯ ut hoies ꝯ deosq; discernas ꝯ ne forte per errorē certares cū diis ꝯ pro hoste pugnantibus ꝯ cum quibus haudquaq̄ uelim te in bello conserere manus: una tantum Venere excepta ꝯ quæ si i pugnam descēderit ꝯ ne utiq; dubites eā ferro restringere. Hæc cū dixisset Pallas abscessit. At Diomedes tum geminatis triplo q̄ antea fuerant ꝯ uiribus: tum admonitis deæ factus aiosior ad primos continuo pugnatores ꝓcessit ꝯ in morem leonis ꝯ quē in agreste ouile isiliētē pastor clādestino telo sauciauit nō occidit. Eoq; uulnere irritata fera ꝯ nō ausus gregem suū tutari ꝑtim solitudine loci territus foribus abdit sese ꝯ ac pauidas oues ꝯ & ꝑformidine se condensantes ꝯ turbanteq; derelinquit. Leo aūt custode submoto ꝯ uictor e stabulo ꝓsiliit. Eodem diomedes aio in troianos: & eadem ferocitate inuadit. Atq; hic primū interemit duos principes Astynoū & Hypirona. Illū quidē iaculo subter papillā defixo ꝯ hunc aūt brachio cū toto humero machæra amputato. Deide his relictis fertur in Abantem & Aolydum ꝯ eosq; obtrūcat filios Eurydamantis interpretis somniorū ꝯ qui tñ filiis in bellū ꝓficiscētibus somnia non est interpretatus. Post hos inuadit ꝯ interemitq; duos fratres Xanthum & Thoona Phænopis filios: ꝑter quos nec habebat alios pater ꝯ nec habiturus erat extrema ꝯ confectaq; iam ætate ꝯ quos diomedes occidens imensum luctum ꝯ penneq; lachrymas misero seni reliquit. Nō amplius liberos e bello reuersos uisuro ꝯ alieniq; patrimoniū ꝯ filiis suis destinatū ꝯ relicturo. tum duos Priami filios eodē in curru stantes Echemona & Chromion iteremit ꝯ ut leo in armentum bouum pascētū ipetu facto taurū uaccamue ceruice correptā sternit humi ꝯ ac lacerat. Sic Diomedes interemptos fratres ꝯ ꝑcipitatosq; de curru armis exuit q̄s exuuias cū equis ꝯ & curru comitibus tradit ad tentoria deducēdas. Hūc ita q; dissipātem ita suoꝝ globos ut uidit Aeneas ꝯ ꝓpere ꝯ ubi pugna uæhemens & plurim9 tumultus erat ꝯ se confert ꝯ explorās ubi nā strēnuū fortēq; Pandarū inueniat: quē cū iuenisset ꝯ adisset q; ꝯ ita est allocutus. Pandare ubi tibi arcus ac sagitte ꝯ ubi illa gloria ꝯ ubi illa sagittādi ꝑitia ꝯ q̄ se tibi nemo ꝯ neq; in lycia ꝑferre ꝯ neq; hic cōferre audebat. Age dū sub

latis

latis ad iouẽ manibus immitte in hũc telum, quicunq; est, tam ualidum, tot, tantorũq; troianorũq; cõfectorẽ: nisi quis deus est, qui tãtã nobis pernicĩẽ infert, iratus troianis ob fraudata sacrificia. Dura autẽ res est deoꝝ ira. Cui respõdẽs Pandarus: Aenea inquit fortium troianoꝝ princeps: Eqdẽ hunc Diomedẽ esse: ut aspectus declarat: existimo: Agnosco clypeũ, agnosco cum Cono & buccula galeã, agnosco equos, nõ tñ plane diiudico deus ne sit, an homo, & is quẽ rebar tideo natum. Quippe tanta, quæ facit, sine deo nõ facit. Nã deoꝝ immortaliũ quispiam nube cõtectus hic adest, ictumq; in corpus eius eum tem alio retorsit. Si quidem mõ apud thoracis orã dextrũue humerũ sagitta percussi: trã segiq;, ut cũ spem conciperẽ eũ hoc uulnere ad inferos descẽsum ire, uana tñ spe frustratus sum, aliquo mihi (ut opinio fert) irato deo. cũ pĩsertim equi cũ curru mihi pĩsto non sint, quos ascendam, & ex quibus dimicare possim. Omnes domi relicti, undecim nãq; currus sunt mihi in Lycia recenter instructi, decorisq; peplis: Babilonicis stragulis circũdati. Singuli cũ binis equis, qui sedula cura, delicateq; alũtur, eos senex pater multis me uerbis uenturũ hortabat, ut ducerẽ, & ex bigis cũ hoste pugnarẽ: uirtute mq; equestrẽ iter troianos principes ostẽderẽ. Quod ego: ut erat multo sati9: facere nolui parcẽs eqs ne forte ob nimiã belloꝝ curã: qua uos impliciti estis nõ haberent ordeũ, auenamq; unde ex cõsuetudine pascerẽtur. Itaq; illis relictis, ad troiam pedibus ueni, arcu sagittisque fretus: quæ tñ domi profutura nõ erãt. Namq; quos duos egregios iprimis hodie percussi: & quidẽ graui uulnere, eos nõ occidi: sed ad prælium magis irritaui, aduersis nimirũ fatis illo die: quo suspẽsos ad paxillũ hos arcus: sagittasq; desumpsi uenturus ad troiã, ut operã in bello nauarẽ: qua gratificarer cũ cæteris troianis tum præcipue Dio Hectori, qp si digresso hic mihi contingat reuisere patriam, penates: uxorem: nisi eos meis manib9 cõfringam: igniq; iponã: ptinus hostiũ aliquis caput mihi detruncet. Adeo frustra mecũ incassum huc attuli. Ad hũc respondens princeps Aeneas. Noli inquit Pandere ita loqui imo nihil prius erit: q̃ ut aduersus hũc ĩ hac munitissima biga expiamur occurrere. Quare Agedum huc ascende ut noscas: quales equi troianorum: q̃ in campis experti: q̃ uel in sequẽdo fugientes: uel in fugiẽdo insequẽtes: sunt pnices. Atq; in quodlibet flectẽdi se latus agiles: qbus salutẽ nostram: si Diomedi affuerit cõtra nos iuppiter. fugiẽtes urbẽ uersus tueri possimus. Cape tu igitur hæc uerbera, frenaq;: & aurigare. Ego uero descẽdã: ut cũ illo cõserã manũ: aut tu diomedẽ excipias: & ego currũ: equosq; moderabor. Cui Pandarus tu uero inquit Aenea uerbera tibi habe, equosque tuos aurigare: qui melius assueto parebũt aurigæ: q̃ in sueto. Ne forte si Diomedem iã uictorẽ uoluerimus effugere: hi uocẽ meã aurigationẽque extimescẽtes: tuã desiderãtes recusent e pĩlio excedere: occasionẽq; pbeãt hosti: ut & nos trucidet: et ipsos captiuos abducat. Tuos igr̃ equos: tuãq; bigã moderãdã: tibi reliquẽs: ipse ueniẽtẽ hoiem hoc pilo excipiã. Hæc cũ dixissent: curruq; ascẽdissent: immissis equis in diomedẽ strennue ferebãtur. Quos cũ eximiis Stenelus Capanei filius ispexisset: cõtinuo sociũ his uerbis affatus ẽ. Carissime mihi diomedes. En ite infesto aio pperãtes uideo duos fortissimos: optimosq; bellatores: Pandarũ Lycaonis filiũ: sagittiferũ unicũ: & Aeneã magno Anchisa: deaque Venere genitũ, Paulũ itaque cũ curru retrocedam9: nec quæ ita mihi in medios hostes pgredi uelis: ne nimia aiositate incautus occũbas. Ad hũc toruo diomedes intuens uultu: desine tu mihi istis cõsiliis timorem fugãque suadere: nõ. n. persuadebis: cũ minime generosum sit: ac decorũ mihi, aut retrocedẽtẽ pugnare: aut aduẽtante hoste terreri: & mihi quoque ualide uires adsũt usq;

sare cerneres/ & ipsi pugnarent: & nisi facerent castigares. Tolle igitur moras/ egredere in bellum/ ne forte hæc urbs cócidat icendio conflagrata. Ad hunc respondens formosissimus Alexander/ quandóquidē inquit ex quo me Hector increpasti: non p̄ter æquū tecum ita loquar: ut uelim te meis uerbis aures accōmodare atq; attēdere. Ego uero nequaquā tantopere: quēadmodum tu existimas iratus sum: atq; succenseo: ut propterea itra cubiculum manendum mihi putarem/ sed acerbitatem animi mei compescere uolebam. Nunc uero uxor blandis me affata sermonibus ad repetendum bellum me iduxit. Id qđ & mihi uidetur satius fore/ Nam uictoria in hominibus altera res est/ & ut modo uictus sum/ ita rursus uincere potero. Quare age: dum mihi arma circundo/ paulisper expecta aut abi/ & ego in uia te assequar. Hæc Alexander. Cui nihil respondente Hectore. Helena mitibus eum sic allocuta est uerbis. Leuir mi (si te Leuir meū mihi appellare fas est Catellæ miseræ atq; infœlici) Oportebat quidē/ quod utinā fuisset: ut quo die primum me parēs in lucem edidit/ eo die infaustus aliquis uentorum turbo/ aut in desertum montem aut in marinos fluctus asportasset/ ubi demersa essem: priusq̄ ista quæ fiunt contigissent. Verum quandó consilium deorum fuit: in hæc mala iciderem/ debuerā certe meliorem sortiri maritum: cui é tanta uerborum/ factorum q; contumelia ab oibus hominibus atq; ignominia doleret/ & qui probra more hoium intelligeret/ quod hic non facit: nullum neq; habens neq; habiturus hominis sensum/ quo magis reor ab omni eum negocio cū decore discessurum. Sed eia age mi Leuir/ ingredere quæso/ ut sedeas parumper in hac sella. Tu enim es/ quem p̄cipua rerum agendarum cura solicitat/ atq; angit/ & qui plus laboris sustines ppter nos duos. Me catellam & hūc improbum qui me abduxit/ ambos infausto genitos fato/ & a Ioue ifandæ morti destinatos/ ac post mortem apud omnē posteritatem futuros fabulam atq; cantilenam. Ad hanc respondens Hector Noli me iquit Helena: & si amantissimo facis animo inuitare ad sedendum. Non enim acquiescam/ solicitus ut q̄primū redeam ad auxilium Troianorū/ qui magno mei absentis desiderio tenentur. potius istum/ ut maturet/ hortare. ipse quoq; sibi hortator sit/ quo me adhuc itra urbem consequi possit. Nam anteq̄ muros egrediar: ibo domum uisurus domesticos meos/ ac caram uxorem cum paruulo filio. Neq; enim scio an é prælio amplius ad cōspectū eorum rediturus sim: an in acie Græcorum manibus confectus occūbam. Hæc locutus Hector abiit/ & ad isignes lares suos perrexit. ibi non inuenta intus Andromacha (exierat enim illa & in turri stabat cū ancilla & filio plorās & lachrymis madens) profecturus erat/ & Cum ad hostium uenisset: subsistens ad pedisequas inquit. Agedum famulæ sine mendacio mihi respōdeatis/ quonā é domo Andromacha profecta est? ad aliquam ne aut glorum/ aut nutricum? an ad Palladis templū/ ubi aliæ fœminæ imanē deam placare nituntur/ cui propere respondens proposita familiæ. quoniam inquit Hector tam impē se nos cogis ueritatem loqui. illa neq; ad aliquam uel glorū uel nutricū/ neq; ad Palladis templū ubi aliæ fœminæ imanē deam placare nituntur/ sed una nutrice comite/ quæ puerum gestat/ ad alteram murorū turrim profecta est/ properans/ attonita/ & insanienti similima/ q; audisset uæhementer urgere Græcos/ profligari Troianos. His auditis exilla. Hector egressus domo abibat/ qua uenerat uia/ per mediæ urbis isignes plateas tendens ad Scæam portam/ qua erat in campū proditurus. Ad quem aduentāti/ ac iam iam egressuro uxor rapido cursu obuiam fertur. hæc est Andromacha Aetionis filia. q̄ apud opulentas Thebas agens Cylisensibus imperauit. comitabatur autē eā famula/ eadēq;


nutrix cum alūno ſuo Hectoris & Andromachæ filio: quē ad ſinum baiulat, paruulum tenerū, feſtinum oculis, & toto ore ſydereo, cui pater Scamandrio impoſuerat nomen, ſed eū cæteri Aſtianactem uocare maluerūt. q; ſolus illi⁹ pater utbē tutatetur. Hoc cōſpecto arridens hector tácito in eo oculos defigebat, tū Andromacha, ut erat ſoluta lachrymis, accedens, manumq; uiri p̄hendens inquit Demonie tua iſta te ad interitum p̄cipitabit audacia. Crudelis non te miſeret paruuli filii, non te miſeret mei, quæ infœliciſſima patinus: ſi egrederis, futura ſum uidua. Continuo nāq; oibus in unum ingruentibus Græcis trucidabere, ut mihi anteq̄ hoc uideam utilius ſit ab ipſa tellure ſorberi. Quod enim miſeræ ſi te amittam ſupereſt gaudium? quæ uoluptas? quæ uitæ iocunditas? Quid niſi aſſiduus dolor: continuus mœror: perpetuæ lachrymæ? An oblectarem ætatem meā cum altero uiro? an uero ſuſtinere poſſem aliis me ullis cōmittere amplexibus? an parentū cō tubernio uterer? At illi mihi erepti ſunt. An fratrum ſolacio animi tormenta mitigarem? At eos: qui ſeptem mihi erant: uno die omnes amiſi, omnes crudeliſſimus Achilles cū armenta boum: atq; ouium greges paſcerent: interemit. Idem illorum meumq; parentem uita priuauit, euerſa prius pulcherrima ædificiis & frequentiſſima populis urbe Thebana, ubi pater regnauerat, ubi & orta ſum, ubi nunc circa ſepulchrum patris conſitis ulmis Nymphæ Oreades iouis filiæ habitant, neq; hunc poſtq̄ uita exuit, exuere etiam armis uoluit (religioſum nanq; id ſibi putauit) ſed armatum combuſſit, eiq; buſtum fecit. Idem matrem meam cū uniuerſis regni opibus abduxit, quam imenſa ſumma redēptā Diana apud ædes paternas cōmorantem ſagittis interfecit. Nunc mi hector unus mihi rectus es, Tu mihi es omnia. Idem pater es, Idem mater. Idem mihi iocundiſſimus es maritus. Quare miſerere quæſo huic miſeræ, ne orbata uiro fiat miſerior, miſerere communis filii, ne infantem pupillum pater uiduæ matri relinquas. Mane hic apud turrim, ac cæteros coge ad caprificum, ut hinc urbem defendant, ubi muri minus ardui ſunt, & q̄ urbs maxime á diſcurrentibus hoſtibus circuiri inuadi & expugnari poteſt, qua etiā fortiſſimi quiq; Græcorum ducibus utroq; Aiace, utroq; Atrida, idomeneoq;, ac Diomedeter irrumpere temptarunt, ſiue admonitum alicuius auguris ſecuti, ſiue ſua ſponte inducti, ſuiſq; uiribus aut ſua audacia freti. Cui reſpondens hector. Iſta quidem inquit omnia uxor, quæ cōnumeraſti, & mihi curæ ſunt, eadem ipſe cogito, eiſdem moneor, ſed troianos, Troianaſq; erubeſco, ſi uelut imbellis quidam eminus á cæteris ſubterfugiam pugnam, & nihilominus non patitur animus ignauiæ ſibi eſſe conſcius, & ne mihi diſſimilis ſim: qui conſueui ſemper gnauiter agere, & imprimis ſtrēnue pugnare, ut & mihi & patri magnæ gloriæ eſſem. Iam uero non me p̄terit ut aliquando illuſtris Troia cum ſapientiſſimo Priamo aliiſq; Troianis exſcindatur a Græcis. Qua ex calamitate ego non tantopere doleo uicem aut meorum ciuium: aut germanorum, qui & complures mihi ſunt & egregii hoſtilibus manibus mactandi: inhumatiq; relinquendi: aut Priami p̄ris: aut Hecubæ genitricis: quantum tuā: q; in alicuius hoſtium manus captiua peruenies, q; flēs ac lugens in Græciam tranſportabere, q; ibi inter gregem ancillarum detexes, q; aquā ſeruilem in modum, nunc prima luce: nunc meridie feres: inuita tu quidē & quantū in te erit renitens, ſed acerba ſeruitii neceſſitate cogeris. Atq; erunt, qui tunc dicant: cū tantā uim lachrymarū decurrere per uult⁹ tuos intuebuntur. En uxor Hectoris qui in bello Troiano p̄ſtantiſſimas inter ſuos operas edidit. Hec illi cum dicent, uulnus doloris tui iterum reſcindetur deſiderio huiuſmodi mariti, & qui: ſi uiuerct: te poſſet á triſti ſeruitute libera

re Veq;

re. Vesq; tunc subter humum luce uiduus lateam: potiusq̃ uiuens tuam captiuitatem ꝛ tuas q; lamentationes: aut per me: aut per alium audiam. Sic locutus Hector utrãq; manũ filium amplexaturus extendit. Ille auersans patrem ꝛ atq; exclamans ꝛ in sinũ sese nutricis infudit. Expauerat enim clausam patris galea faciem: micantẽq; fero bucculam: terribilẽq; super conũ ꝛ & motu ipso minaces cristas. Ad quam formidinem pater ꝛ ac mater cachinnos sustulerunt. Mox Hector ꝛ dempta capiti galea humiq; deposita: filiũ iam nihil timẽtem postq̃ osculatus est: atq; in manus sumpsit. his uerbis iouem alios q; deos ꝓcatus est. Iuppiter pater uosq; alii dii: uelitis meum hunc filium in hac urbe regnantem ea uirtute tutanda patria atq; ea gloria fore: qua nunc est pater suus. Cũq; redierit uictor á cæde hostium cruenta referens spolia: sint qui dicant: profecto hic multo est: quam pater fuit ꝛ in Marte prestantior: quod uidens atq; audiens mater gaudio impleatur. Hæc ꝓcatus in manibus carissime uxoris collocauit. Illa ad uerba uiri: cum infantem fuisset amplexa: cum risu in lachrymas erupit. Eam intuẽs Hector ac miseratus manu cepit: atq; ita affatus ẽ. Demonia nõ ita mihi te maceres. Nihil est q̃ te supra modum afflictes timore mortis meæ. Mortem quidem effugere datum est nemini: siue ignauus sit ille: siue strẽnuus in cõmuni namq; unusquisq; nascitur conditione mortalitatis. Mihi autem quisquis eripiet uitam certe sine dedecore morientis eripiet. Tu uero: quod ad te attinet: abi domum: & quæ tibi curanda sunt: cura: telam ꝛ & colum ꝛ ancillasq; exerce: & ut operi domestico incumbant: iube. Hoc officium munusq; tuum est ꝛ uiris autem suum relinque: ut curẽt bella. Quod cum omnium aliorum proprium: tum inter Troianos præcipue meum est. Hæc locuto Hectore cassidem: quam deposuerat humi: tollente: uxor digressa est: & erumpente maiorem in modum fletu: domum rediit ꝛ quam cum intrauit ubi chorus famularum aderat ingentem cunctis ploratum excitauit ꝛ uideres ibi funebrem lamentationem: & uiuẽs ad huc Hector: quasi mortuus domi suæ plangebatur. Aiebant enim non posse eum uim uires q; Græcorum effugere: nec ad suos amplius esse ẽ prœlio reuersurum. uix Andromacha profecta. Ecce tibi Alexander: qui nõ diu moratus: cum primum decora sibi arma circundedit: egressus pleno ueniebat gradu: simillimus equo: qui diuturno ocio pastus ad plena præsepia tandem ruptis uinculis fugit: nactusq; planiciem erectis crepitantibusque pedibus: sublimi ceruice insurgentibus iubis ꝛ currit ꝛ aut in assueta pascuis loca ꝛ aut in assueta lauationi flumina: aut uiribus fretus in polias equarum: talis Paris á summa pergamo: per urbem fulgentibus armis uadebat: ueluti gallus quidam lætus & alacer. Atq; sic celerans fratri presto fuit. Iam illinc proficisci uolenti: ubi cum uxore fuerat ꝛ ille congressus. Ad quem sic prior locutus est: maior natu frater. Festinantem ego te q̃ primum prodire tarditate mea remoratus sum: neq; celere: ut me iusseras: aduenni. Sic respondẽs Hector: Demonie iquit ꝛ tibi quidem nemo æquus rerum extimator bellicam laudem detraxit ꝛ es & in bello strennuus: sed libenter cessas: & ad bellum uenis iuitus: coactus ꝛ segnis. Qua ex re: cum te passim male audire á cæteris Troianis: qui tua causa plurimas patiuntur ærũnas: carpi conuitiis audio: uror animo ꝛ ac crucior. Sed age eamus in prælium ista posterius mitigaturi: cum domi fugatis ẽ Troia terra hostibus ꝛ cratera diis immortalibus ꝛ ex more statuemus ꝛ Si quando nobis hoc iuppiter concesserit.

BIBLIOTEKA GŁÓWNA UNIWERSYTETU IM. A. MICKIEWICZA W POZNANIU

ILIADOS LIBER SEXTVS EXPLICIT. INCIPIT SEPTIMVS.



AEC Cum dixíſſet. Hector: ambo portas egreſſi, ac prono in bellū aío uadentes: non aliter ſe in conſpectū ſuoꝝ dederūt exoptatos: q̄ cōflatus ſunt, quos deus dat nautis p̄ lata maris ſpatia defatigatis in remigādo: atq; exhauſtis. Hic in ipſo ſtatim aduentu duos príncipes uterq; iteremit. Alexander Menethium ex Ama urbe atq; Arithoi & Philomeduſæ filiū. Hector Eroneum, lancea iter caſſidem, thoracemq; i iugulū adacta. Glaucus quoq; i media pugna iphinoum Dexiadē pilo p̄cuſſit: & ab equoꝝ dorſo, i quod ille iſilierat: moribūdū deturrebat. hæc ut Pallas aduertit, dolens Achiuos manibus Troianorum iterfici, protinus ad ſacrā troiam de cælo delapſa eſt. Cui Apollo, qui ē p̄gamo pugnam iſpectabat cupidus uictoriæ Troianoꝝ, obuiam proceſſit. cum ambo apud fagū congreſſi eēnt: prior Apollo. Quid tu inquit magni iouis filia cælitus ueniens p̄peras agere? quid contraria es? ingens te, ut uideo, trahit affectus. Nunquid ut uictoriam de manibus Troianoꝝ, quos tu īmitis deſtructos oīno uis, eripias, tradaſq; Argiuis? q; ſi mihi acq̄eſcis. multo præſtiterit: dirimamus prælium nec ſinamus hos ulteríus hodíe pugna ſæuire, pugnaturos poſtea eos, donec Argiui (qm̄ ita uobis díis eſt cordi) ſacram Troiam euertāt. Ad quē rñdēs Pallas. Sic inquit Apollo, ut aís, iſto & ipſa aío á cælo ad Græcos, troianoſq; deſcenderam, ſed qua ratione cenſes bellum inter hos eſſe dirimendū? Hac inquit rōne Apollo. iducamus Hectora, ut ultro prouocet Argíuos poſtulās ex eis unum prodíre, qui cum eo dímicet ſingulari certamíne. Cuius hoſtes uirtutē, uigorēq; admirantes, unū de ſuis deligant, quē cum dío Hectore comitant. His Apollínis uerbis Pallade acquieſcente. Helenus intellecto deorum decreto, ad Hectorem acceſſit, atq; inquit. Hector fortiſſime prudētiſſime que obtempera conſilío meo, quod fidele erit, quippe cum frater ſim. Iube cæteros oēs tum troianos, tum Græcos ítermiſſa pugna ſedere ſpectantes, atq; eū, qui ualidiſſímus eſt iter Græcos, prouoca ad ſingulare certamen, neq; te mortis teneat metus. Nam ſi qd mihí credendum putas: uocem deoꝝ ímortaliū exaudíui, qui nequaq̄ tibi mortē ex hac pugna ímpendere díxerūt. His auditís Hector mirum imodum lætatus proceſſit in medíum, ac lācea, quam mediam tenebat. Troianorum phalanges ceſſare, & retro ſeſſum ſe recípere iubebat, quibus ad unum omnibus obtemperātibus, & ſe in ſeriē recipientibus agamēnon, & ipſe eundem ímodum ſui íperabat. Pallas autē atq; Apollo: ſub ſpecie uulturū p̄celſam iouis fagum íſidebant. lætí illo tot armataꝝ cohortíum ſpectaculo. Sedebant autem cohortes horrenda quadā ſpecie. denſatis clypeis, caſſídibus, lanceis. Díceres ſimíles fluctibus, quos recens boreæ ſpūs ē fundo ciet: & frequentes per atra ponti æquora propellit. ibi Hector i medío utríuſq; exercitus ſtans profatus eſt. Auſcultate hæc uniuerſi Troiani pariter & Græci q̄ ad uos conſtituí dícere. Fœdera quidem iter alexandrum atq; Menelaum iuppiter rerū arbíter fecit, ut rata non eēnt. Nímirum & nobis ínfeſtus, & uobis, excogitans quo'modo hoc bellum pacis non habeat exitū, ſed debellatiōis, & alter utrius euerſionis, ut aut uos troianos cum urbe noſtra, aut uos cū ueſtris nauíbus euertamus. Nūc autem ſiquís ueſtrum (Sunt enim íſtic p̄ſtantiſſimí quiq; Græcorum) confidit ſibi, ut mecum dímicet ſingulari certamine: agedum procedat, hac ſcílicet cōdí

tione

tione⁊quam dico⁊Cuius iuppiter optimus maximus iter nos testis sit.Si me is:qui mecū dimicaturus est⁊occiderit⁊contētus sit armis mortuū spoliasse.Cadauer autē reddat i urbem reportandū⁊quod troiani⁊troianæq; in ignē iponant⁊& funeri iusta persoluāt. Sin contra ego illum occidero(quam gloriā mihi Apollo tribuat)tantūmodo exuam armis⁊quæ delata in urbem sublimi Apollinis templo affigā⁊reddito suis cadauere⁊quod ad naues reportēt.ubi ad horam Hellespontiaci maris sepeliant:eiq; insigne monumentū extruant⁊in longam usq; posteritatē duratur⁊quo tpe⁊q; nauibus hac pteruehentur⁊cū monumentū ituebūtur:dicent.Ibi situs est uir grauis:quem i bello lōge fortissimum priscis sæculis eximius Hector occidit singulari certamine⁊hæc illi nauigantes:cum dicēt⁊uidetis fore:ut nunq̄ gloria mea obliteretur.Hæc Hector.Prestantissimi aūt quiq; Græcorū quos prouocatio hæc appellabat:nihil rnderunt.sed diu sese cūcti itra silentiū tenuerunt. Quippe quos ut ab recusando pudor:sic ab accipiēdo metus distinebat.Tandē Menelaus surgēs:alto suspirio dolorem suū indignationēq; declarās:hunc in modū his:qui tacerent pbra igessit.O uiri uerbis animosi⁊non rebus⁊nūc minaces hoies⁊nō pugnantes⁊nunc Graiæ iam nō Graii.tantū ne dedecus sustineret:tantum opprobrii pati potestis:ut oīno ex uniuerso nomine Graioꝝ nemo existat:q armis cū hectore decernere audeat?ita que uobis iprecor:ut istic:sicut sedetis ignaui:timidi:iglorii⁊aq̄ & tellus efficiamini. Ego uero ne honori & græciæ & meo desim:contra hectorē arma sumere nō recuso.Penes deos aūt est⁊cui uelint idulgere uictoria.hæc locutus:arma⁊quæ deposuerat⁊sibi induebat⁊ut in hostē se cōferret.Quia in pugna ultimus tibi dies Menelae illuxisset sub hectoris manibus(multo enim uiribus erat te ille prestantior)occasuro.nisi cæteri principes surrexissent:phensumq; retinuissent:& iprimis Agamēnon:qui dextera fratris arrepta hoc eum sermone cōpescuit.Menelae isanis:nec quid coneris itelligis.Inhibe feruorē istū ai⁊& si inhibere difficile est⁊neq; enim te sinā tanta uesania duci⁊ut præ studio contētionis uelis cum fortiore pugnare:& manus conferere cū hectore⁊quē cæteri reformidant⁊quē q; Achilles ipse in bello aggredi exhorrescat.Achilles inq̄:qui te longe est fortior.Tu quidem recipe te sessum ad comites tuos.Erit aūt quē græci aduersus hectora esse idoneum ducant⁊qui quantū uis itrepidus sit⁊& certandi insaciabilis:tamen affirmo:si mō mortem effugiet⁊libēter dirimet pugnam:libenterq; æquo Marte discedere uolet:& ob hoc diis gratias aget.Hæc dicēs Agamēnon germanū á sententia reiecit⁊in suamq; (grauiter nāq; locutus erat)adduxit.Famuli uero ubi Menelaū fraterno cedentē consilio uiderunt⁊læti protinus arma ab humeris exuerūt.Tunc surgēs sacra quadam præditus maiestate Nestor.O indignū facinus heroes iquit.heu q̄tum mœroris ex hoc nuncio accipiet Græcia.q̄tum Peleus Mirmydonū & imperio & facundia princeps Peleus ille⁊qui domi suæ percūctatus singuloꝝ uestrū genus ac parentes tanta cū uoluptate referentem me audiebat⁊q̄ frequenter nūc é contrario seniles illas manus tollet ad cælū rogans á diis imortalibus se uita priuari⁊& ad iferos trudi⁊cū audiet cunctos Græcos terrore pcussos noluisse dimicare cū hectore⁊quod utinam tu pater iuppiter⁊& tu Minerua⁊& tu Apollon faceretis⁊ut annos pubertatis agerē⁊qualis olim fui in bello pylioꝝ atq; archadū apud clamosum Occyronē prope fluenta Iardani ad muros urbis Pheæ.Erat illic Ereuthalion quidā: uir tum miraculo corporis⁊tum excellentia armorū pcipuus.Donauerat aūtea arma arbiter belloꝝ Mars dio principi areithoo⁊quem uulgo Clauarium nominabāt⁊q; nō gladio non lancea⁊nō sagittis in bello uterē⁊sed ferrea claua⁊qua sola hostiles phalāges p-

rumperet.hunc Lycurgus cum uirtute non posset:arte trucidauit aggressus iter angusti as uiaꝫ.ubi nullus foret Clauæ usus ꝛ nihilq; telũ ad arcendã necem dño profuit. Q uip- pe occupato ictu Lycurgus mediũ lancea transfodit:resupinũq; humi ꝓstrauit:ac mor- tuũ armis exuit.quibus postea femp:dum ætas tulit oibus i bellis ẽ usus.Postq̃ uero per ætatẽ res amplius bellicas administrare nõ poterat.Ereuthalioni spectato famulo gestan da concessit.Hoc itaq; Ereuthalione his armis iduto cõfidẽte:anteq; cæteros socios ꝓgres so:& fortissimũ quẽq; de nris ad singulare certamen ꝓuocante:cũ reliq timore ꝓterriti cõ tinerent̃:ac tremerẽt.Ego & si minimus oium natu erã:nõ sustinui aio detractare pugnã cõfisusq; mihi ipsi sum:& audaciæ meæ Pallas affuit gloriãq; insignẽ cũ uictoria ꝓtulit ho ste occiso quẽ uidisses ut ualẽtissimũ:ita ualẽtissima imẽsi corpis mole humi iacẽtẽ. Q d̃ si qualis tũ fui ætate & uiribus:talis nũc eẽm ultro aduersus Hectora me cõferrẽ. Nunc cum flos ois Græciæ adsit:nulli uꝝm pns aius ẽ:ut ꝓuocãtis certamẽ accipiat.ad hãc senio ris Nest.castigationẽ cõmotus chor9 ille nouẽ fortissimorũ surrexit:significans se unicui- q; eũ esse:qui uelit pugnare cũ Hectore:sed multo ante cæteros princeps exercitus Aga- mẽnon.Post hunc Tytides.Deinde uterq; Aiax ꝛ Thelamonius ꝛ & Oilei filius ꝛ tũ Ido- meneus ꝛ una cũ famulo suo Meriõe:post hos Eurypilus ꝛ & Thoas ꝛ atq; Vlyxes. Q ui bus Nestor sic ꝓtinus inqt sortiẽdũ inter uos ẽ:cuius sit futura pugna cũ Hectore. Ve- rũ quẽcũq; sors diliget:eũ admonitũ uolo.Si ex hoc certamine icolumis euaserit:& sibi & reliqs Græcis priuatim & publice uoluptati ac gloriæ fore. Sic locuto Nestore nouẽ sor- tes ꝓ se q̃sq; suã:quo uisum ẽ signo:notauerũt:easq; in agamẽnonis galeã deiecerũt.Inte rea plebs sublatis in altũ oculis manibusq; his uerbis obsecrabãt.Iuppiter pater da ut aut Aiacis Thelamonii ꝛ aut Diomedis ꝛ aut agamẽnonis sortis exeat locus.Atq; ita euenit:aia cis:quẽ potissimũ cupiebãt:sors ꝓlata ẽ:ꝓtulit aũt eã Nestor prius cõcussa cũ sortibus ga lea:deditq; ꝓconi circũferẽdã ad singulos & cuius manu signata esset agnoscẽdam.Acce pta ꝓco á sinistro in dextrũ means singulis gradatim oñdebat:nullo signũ agnoscẽte.Cũ ad aiacẽ Thelamoniũ:q ultimis erat:deuenisset:aduenienti aiax manũ porrexit sortẽ acce pturus:ispecturusq; ꝛ ea tradita:ispecta:& cũ gaudio agnita:mox ubi ante pedes suos ab iecta ad ꝓceres inqt.O socii sors mea ẽ ꝛ & meã potissimũ quidẽ gaudeo. Videor namq; idoneus:q Hectora superare possim. Vos aũt ꝛ dum armis me istruo:uota facite ioui ꝛ nõ tñ palã sed silentio:ne Troiani formidinis signũ interpretent̃ ꝛ aut sine silentio ꝛ si uultis. Q uid enim uerear:illi ne plus animi capiant.Ego uero eorũ:neq; Hectora: neq; quẽpiã formido.Nam si qd mihi genus & pria & educatio cõfidere pmittunt:ꝓfecto nemo erit qui me tanq̃ paꝫ fortẽ aut tanq̃ parũ peritũ rei militaris terga uertere cõpellat: fugientẽq; aũde ꝓsequat̃.Sic locuto aiace intuentes i cælũ illi pro se quisq; dona ferebãt.Inter quos erant qui hũc in modũ ꝓcarentur.Iuppiter pater:qui monti ideo ꝓsides.Idẽ optimus ma ximus:largire aiaci ex hac pugna honestam cum laude uictoriã.Aut certe si Hectorem amas.eiusq; tibi curæ est.idem roboris uterq; idẽ ambobus ex hac pugna honoris & lau- dis tribue.His ita uota facientibus:aiax interim se armabat:atq; ubi cum armatura instru ctus est ꝓcessit:ut cõstaret aspectu ipso uere eum eẽ ꝓpugnaculũ achiuorum:sicut ingẽ ti corpe:ita ingẽti aio ꝛ ridenti uultu ꝛ sed tñ feroci ꝛ pleno gradu ꝛ ac sublimi dextra trabalẽ lanceam quatiens ꝛ sinistra illud scutum imane proferens:turris instar ꝛ quod ei fecerat lõ ge optimus artis scutariæ opifex Oetichius ꝛ qui habitauit apud Hylen ꝛ ex septem electo rum bouum tergoribus:inducta desuper lamina ferrea ꝛ & qualem ferunt Martẽ ipsum

ad bellum

ad bellum ire hominum ꝙ quibus acres iuppiter incutit stimulos inter se decertandi. Talis ad certamē Aiax ibat. Q uē ita strēnue euntē Græci uidentes maiorē imodū lætati optimā spem uictoriæ capiebāt. Et troiani ingēti metu correpti contremiscebāt adeo ut ipsum quoq; Hectorē corde ob metū uæhementius palpitāte ꝙ prouocasse pœniteret ꝙ sed iam nō erat integrū pugnā detrectare ꝙ ad suos se recipere quia ad certamē se ultro ipse alterū prouocasset. Ille ubi ꝓxime ad Hectorē accessit ꝙ stetit ꝙ eumq; minacibus uerbis allocutus est. Hector hodie cognosces plane ex singulari certamine ꝙ quales sint ꝙ quos tu prouocasti ꝙ fortissimi quiq; Græcorū ꝙ Achille excepto. Ille. n. præter cæteros & ardore animi pollet ꝙ & robore corporis ꝙ sed nūc Agamēnoni principi infensus in tentoriis se continet. Secūdū Achillem coplures sunt idonei tecū soli cū solo conferere manū: quorum ego unus sum. Q uare age capesse iā pugnā ꝙ ac tu incipe. Cui respondens magnus Hector. Ne mecū inquit princeps Aiax uerbis agas ad terrendū appositis ꝙ tanq; cū muliebri sexu ꝙ aut puerili ætate ꝙ cui per imperitiā rei bellicæ facile timor icutit̄. Ego scia rei militaris perit⁹ sum. Ego mortiferos ictus iferre & ꝓpulsā̄ didici ꝙ totosq; dies sub armis in diro Marte trāsigere scio ꝙ nūc sinistro nūc dextro brachio parmā gestans ꝙ utraq; manu pugnare scio ꝙ quomodo ex eqs dimicādū sit ꝙ qūo in pedestri certamine. Scio deniq; qūo hostis insidiis sit ꝙ atq; arte fallēdus. Verū cū talis sis uir ꝙ nolo te ex occulto sed ex apto ferire ꝙ si feriā. hæc dicēs trabalē retro lāceā reduxit in Aiacēq; cōtorsit ꝙ quæ in scutū Aiacis illata chalybea lamia: quæ extima & octaua erat ꝙ ac sex coriis trāsactis ad septimū hæsit. tum Aiax secūdo loco suam & ipse uibrauit ꝙ qua nō modo hectoris opertū chalybe clypeum traiecit. Verūetiā fidilissimū thoracē ad ipsum usq; uētrem ꝙ quem etiā traiecisset ꝙ nisi ictus impetū hector declinatione uitasset. tum utriq; euulsa hasta ꝙ qua ꝓcussi erant ꝙ eaq; librata ꝙ cōcurrunt rabidis leonibus similes aprisue: quorū etiam non imbecille est robur. & hector quidem mediū aiacis scutū feriens ferream laminam non prorupit ꝙ sed reflexo ad ictum spiculo hasta resiliit. Aiax uero ad ictum insurgens parmam hectoris fregit ꝙ sed non ita ꝙ ut perforaret. Nā dum eam hector ad excipiendum ictum paulum deflexit ꝙ hasta uero ē palma fugiens non nihil de collo hectoris ꝙ seruato tenore ꝙ perstrinxit ꝙ atro cruore qui statim profluxit uulnus indignante ꝙ quo nihilominus a pugna hector non desistit ꝙ sed aliquantū relato pede ꝙ atq; ꝓgrādi rudiq; saxo ꝙ quod humi iacebat ꝙ arrepto ipsum umbonem hostilis scuti cum imani fragore percussit. Tum aiax sublato inuicē lapide ꝙ multo q̄ illius fuerat uastiore ꝙ & uelut molari ꝙ in hostem terribilis fertur ꝙ aduocansq; omnibus in rotundo uiribus clypeum ferit ꝙ introrsumq; perfringit. Q uo ictu offensis hectoris genibus quantus fuit resupinus supra ipsius clypeum cum ruina extēdit. Eum tū protin⁹ Apollo alleuauit ꝙ & forte strictis gladiis rem comminus egissent ꝙ nisi p̄cones ꝙ iouis & hoium angeli affuissent talthybius atque idæus. hic troianorū ille græcorum ꝙ uterq; uir prudēs: uterq; sceptrū manu gestans. Q ui cum sceptra per se quisque in medium pugnatorū dirrimēdi certaminis gratia itēdissent. Idæus ut erat grauis: his illos uerbis affatus est. Ne ulteri⁹ carissimi filii ꝙ ne ꝓgatis dimicare. Desinite á pugna ꝙ ambos diligit iuppiter ꝙ ambo estis bellatores: & tales uos eē oēs cognoscim⁹. Nox iā aduētat. Cui ut pugna dirrimat̄ admonēti parere ius ē. Ad hūc rn̄dens aiax idæe inqt iubeto ista hectorē ip̄m poti⁹ dicere ꝙ cui attinet ꝙ ut quēadmodū prior ꝓuocauit omnes græcos ad pugnam ꝙ sic prior desistat á pugna ꝙ deinde ego non grauate tibi parebo. Cui hector inquit, aiax quoniā tibi tāta dono dei adest magnitudo mēbroꝝ ꝙ tantum robur:

tanta etiam solertia ꝛ atq; prudentia ꝛ ut omnes græcos in pugnando facile uincas: desista mus hodie á dimicatione ꝛ post hunc diē dimicaturi ꝛ eousq; dū dæmon decernat utrorū sit nostra: an uestra uictoria. Noxiā aduētat: cui ꝛ si pugna dirimat admonēti parere ius est: eo quidē magis ꝛ ut ambo reuersi incolumes ꝛ tu ad naues ego ad urbē nostros uterq; gaudio afficiamus ꝛ tu Græcos oēs p̄cipueq; amicos ac necessarios tuos: ego Troianos at q; troianas: quæ nunc apud sacram ædem pro me numē cōprecant. Ad hæc honorificis nos iuicē donis muneremus ꝛ ut sint é græcis troianisq;: qui dicāt. Q ui prius de uita tāto cū ardore dimicarūt ꝛ hi cōtracta amicitia cū donis mutuo acceptis digressi sunt. Hæc lo cutus ensem argenteo capulo ꝛ quē allīgatū insigni zona gestabat ꝛ ab humero detraxit ꝛ ac uagina iclusum p̄gressus ꝛ Aiaci i manū tradidit. Ille uicissim radiantē Phœniceo ar tificio baltheū Hectori dedit. Atq; ita mutuis donati muneribꝰ i diuersum uterq; digres si ad suos reuerterūt. Troiani p̄ter spem ab illa ui Aiacisq; p̄ualidis uiribus nō modo libe ratū ꝛ uerū ēt illæsum Hectora eē gaudētes ad urbē eū deduxerūt. E diuerso p̄ceres græ corū Aiacē ad Agamēnonē deducūt lætū ꝛ exultātēq; uictoria. Q uos ubi in tabernacu lū suū accepit Agamēnon. Ibi iouī optimo maxio bouē imolat marē ꝛ atq; q̄nquēnem. tū circūfusi cæteri coriū exuūt ꝛ exta p̄ferūt ꝛ carnē pro more cōcidūt ꝛ uerubus ifigūt ꝛ tor rēt sciēter ꝛ tostā é uerubus detrahūt ꝛ finitoq; labore ꝛ atq; omnibus rebus ad cœnā præ paratis ꝛ discūbūt opiparēq; uescūtur. tūc agamēnon ꝛ sumptis bouis cū tergore cornibꝰ Aiacē p̄ter cæteros cōuictores honoris gratia donat. Postea uero quē cūctis cibo potuq; satiatis: mēsæ remotæ sūt. Nestor cuius pauloante cōsiliū fuit: & iudicatū est optimū: an te oēs hūc in modū ad illos exorsus ē. Agamēnon uosq; alii p̄ceres ꝛ multorū ex uestris ꝛ quos atrox hodie Mars absumpsit ꝛ animis ad ifernū p̄fectis: corpa passim p̄strata i suo sanguine iacent. Eoq; oportet nos crastino die á belligerādo supsedere & bobus ac iu mētis ad plaustra iūctis: supuehere cadauera unū i locū exiguo a nauibus iteruallo ꝛ atq; illic exurere ut ide collecta ossa: cū in patriā redibimus ꝛ ad sui q̄sq; necessarii filios repor temus ꝛ mox cāpū uersus circa pyrā egesta ex humo cōem oibus tumulū extruamꝰ. Itē q; circa illū i tutelā & nr̄i & nauiū excitemus arduas turres cum amplis portis: qua cur rus eūtes redeūtesq; cōmeare facile queāt. Exteriꝰ uero altissimā ducamus fossam cū ag geribus ac uallo: quæ circūdatis á terra castris tutos nos ꝛ atq; equos reddat ꝛ si quādo su piores i bello troiāi ꝛ nobis terga dātibꝰ fortassis istarent. Hæc Nestor. Cæteri reges una oēs sniam collaudarūt. Cæterū uero ut iter græcos: ita iter troianos consultantes conue niebant ꝛ sed uæhemens erat & seditiosa discordia. Nam coacto in excelsa urbis parte cō silio ante priami fores. Vir grauissimus Antenor surrexit: atq; ita concionatus est. troes & Dardani & uos: qui nobis auxilio uenistis socii ꝛ audite sniam meam. Cēseo eundū uo bis ad Alexādri domū ꝛ & afferēdā huc Helenā cū oi gaza: qua cū uenit: ut i manus Aga mēnōis ac Menelai tradamꝰ: quā secū soluta obsidiōe i græciā reportēt. Id qd̄ nos factu ros iureiurādo p̄misimus ꝛ nūc eo temerato pugnamꝰ: ut nō sperē q̄cq̄ melꝰ: q̄ euenit ꝛ euenire posse: nisi ita: ut admonui: agamꝰ. Hæc ubi dixit antenor resedit. tū Alexāder sur rexit: & ad Antenora cōuersus inq̄t. Antenor q̄ adhuc dixisti: ea mihi nō approbant ꝛ ac minime placēt ꝛ cū neutique recte sis p̄locutꝰ. Nō tñ q̄ a te fugiat qd rectū ꝛ prauūq; sit. Nā si libuisset tibi meliorē multo sniam dixisses. Nūc aliter locutus es ꝛ ac sentis ꝛ q̄ si ex aio locutus es ꝛ p̄fecto: ut fateor: mētem dii tibi ademerunt. Ego uero diuersam a te apud hos ꝛ qui adsunt ꝛ sententiam dicam. Gazam quidem ꝛ quam ex agro asportaui ꝛ oēm red-

dere

dere uolo:& de mea domestica etiam accessione adiungere:Helenam uero nequaq̃ red diturus sum.Et hæc cũ dixisset resedit.Ad quos Priamus Rex prudẽtia ac sapiẽtia singu lari surrexit/atq; inqt.Troes et Dardani/q nobis auxilio uenistis socii audite sniam meã Abite nũc ad suũ quisq; hospitiũ/ut cõsueuistis:curatisq; corporib9 memẽtote excubia rum/& per uices singuli uigilias agite.Cras aũt pria luce idæus eat caduceator ad castra Græcoꝝ:ut eis notã faciat cõditionẽ:quã affert Alexander:qui huius belli est auctor. An eam accipere uelint.Ad hæc nostris uerbis dicat:quod postulatu honestũ est/uelint ne nobiscũ inducias facere:quoad occisorũ corpora deusserimus/reuersuri postea rursus ĩ p̃lium:pugnaturiq; eo usq;:quo dæmon inter nos decernat utrorũ sit/an ipsorum.anno stra uictoria.Sic locuto Priamo uniuersi & uoce summopere assensi sunt:& re optẽpera uerũt.Prima aũt luce idæus ad castra græcoꝝ ꝓfectus/offendit eos ĩ cõcilio ad puppim Agamẽnoniæ nauis de re publica cõsultantes:procedensq; in medio eorũ stetit.Tum uo cali illa uoce mãdata exposuit.Agamẽnon uosq; alii ꝓceres:Priam9 me cæteriq; optima tes troiani uenire iusserũt/ut notã facerẽ conditionem/quam uobis offert Alexãder:qui huius belli est auctor/quicq debuerat/priusq̃ ista conaret/ĩteriisse. Velitis nec ne illã ac cipere gazam/quã secum huc ex agro aduexit/uobis oẽm uult reddere.Helenam uxo rem Menelai reddere nõ uult. Troianis etiam reddere eã suadẽtibus.Ad hæc Priamus/ cũ omni senatu suis uerbis ut hoc dicerem uobis iniunxit/uelitis ne nobiscũ inducias fa cere:quod occisorum corpa deusserimus/reuersuri postea rursus in præliũ:pugnaturiq; eo usq;:quo dæmon inter nos decernat utroꝝ sit an uestra:an nostra uictoria.Sic idæus. Illi aũt diu se oẽs itra silẽtiũ tenuerũt. Tãdem Diomedes ita ad illos uerba fecit.Neq; ga zam quis posthac:neq; ipsam Helenã Troianis ultro offerẽtibus accipiat.Nam uel pue ris iã liquet ultimũ exitiũ per nos iminere troianis.Sic locuto Diomede:cũ cæteri græci ob admirationẽ tam p̃claræ sentẽtiæ succlamassent.Agamẽnon ad idæum ĩquit.Idæe tu te audis quid tibi respõdeãt græci.nõ est opus q; ego tibi/ut moris est/respõdeam. Nã & ipse in eorũ sniam eo/q; aũt ad occisos attinet/nõ inuideo illis extremũ rogũ nullum enim cũ hominibus/postq̃ defuncti sunt uita/odiũ est/nec ex eis sumenda est ultio/ut sepultura fraudẽtur.Huius inter nos fœderis iuppiter iunonis cõiũx testis inuocatus sit. Hæc locutus sceptrũ:quod manu tenebat:in testimonium sponsionis ad deos protẽdit. Idæus responso accepto in urbem rediit/adiẽsq; conciliũ/ubi primarii omnes troum ac Dardanum reditũ eius p̃stolabãtur/atq; in medio stans/renunciauit legationem. Q ua audita troiãi cõfestim se accinxerũt ptim ad subuehẽda cadauera:ptim ad materiã succi dẽdã cõportãdãq;.Eodẽ uicissim mõ græci agẽtes & usq; i diẽ posterũ ultro citroq; eun tes obuios iniere troiãos.At hi & illi iter se ciuẽ ab hoste:ꝓximũ ab alieno dignoscere nõ ualebãt.At cũ absterso aq̃ cruore ꝓximiorũ corpa quisq; græcus troianusue agnouerat: tũc decurrẽte p̃ora fletu eos carris imponebãt:& ad suã utriq; pyrã cõportabãt. Cõpo sitisq; sup struẽ facẽ submittebãt.Sed troiani tacita cũ mœstitia Priamo eos plorare ꝓhi bẽte.Postea uero q̃ corpa exusta:hi ad urbẽ.illi ad naues reuersi sũt.Cæteꝝ græci sub ex tremũ noctis anteq̃ aurora se ꝓdere suorũ qsq; ossa iter cineres legũt.mox cãpũ uersus circũ pyrã egesta humo cõem oibus tumulũ extruũt.Itẽq; circa illũ in tutelã/& uirorũ & nauium excitãt arduas turres cũ amplis portis qua currus eũtes/redeũtesque cõmea re facile possent.Exterius uero altissimã ducũt fossam & admodũ latã/quæ a turribus ca stra cõplecteret/& in aggeribus fosse iaciũt uallũ/quod opus tanto cum studio moliẽ

tes. Græcos (Erat enim ingens) Cum iuppiter ac dii cæteri iouí assidentes cũ admirati one intuerentur. Neptunus ita exorsus est iuppiter pater. Et quis iam inter mortales est: qui in auspicandis operibus deoꝝ imortaliũ mentem uoluntatẽq; scrutet? Nõne uides ut græci murales circũ naues extruxere munitiones cũ fossa & uallo nõ litatis antea sacris in deoꝝ honores? Et huius operis gloria tam late ꝓpagabitur quantũ terrarũ aurora circũspicit. At operis quod ego atq; Apollo principi Laomedonti plurimo cum sudore cõstruximus: fama i nihilũ recidet. Ad quẽ uæhementer stomachatus iuppiter. Heu pudor inquit Neptune: quæ oratio tibi elapsa est? quid ita rem friuolã extime scis? qd in te nõ cadit: qui tantus es deus sed in alium quẽpiã multo ibecilliorem? Et huius inqt operis gloria tam late ꝓpagabitur: quantũ terrarũ aurora circũspicit? Agedũ igitur ubi Argiui profecti fuerint hinc in patrias oras: dirue hos muros ad solũ atq; in mare ꝑcipita omneq; littus ubi munitiones hæ sunt excitatæ. Ita sabulo obrue ut ne uestigia qdẽ Argiuæ stationis appareant. Hæc diis inter se colloquentibus & diei & operis finis fuit. Reuersiq; græci ab opere absoluto ad sua quiq; tẽtoria mactatis statim bobus cœnant: suppeditante etiam uino cuius magnam uim aduexerant onerariæ naues e lẽno transmissæ ab Euneo Iasonis & Hisiphilæ filio peculiariter uero mille lagenas Agamẽnoni & Menelao pro munere. Hinc itaq; græci pro se quisq; uinum mercabantur rerũ permutatione alii ære alii ferro hi coriis illi bobus nõnulli captiuis rebus cũ uino cõmutandis. At q; ita noctem totam ꝑclare epulando atq; putando insomnem agebant. Troiani autẽ ac troianoꝝ socii apud troiam & ipsi cœnitabant. Eam tamen noctem iuppiter male in illos cogitans horrendis fulminũ tonitruis inquietauit quo pauore attoniti uinum in terram ẽ pateris profundebant. Nemoq; ex his bibere sibi ante sustinuit q̃ ioui principi deorũ libassent tandem cibo ac potu refecti membra quieti dederunt somnumq; ceperũt.

ILIADOS LIBER SEPTIMVS EXPLICIT. INCIPIT OCTAVVS.



Vb luce iuppiter: cum rutilãs aurora oẽm terram illustrare incipit in editissima radiantis olympi curia concilium deorũ habebat. Quibus cum silentio auscultantibus ita uerba fecit. Audite omnes dii pariter & deæ quæ dicã: & cũ audieritis nemo uestrũ siue mas siue fœmina oratiõi meæ conetur refragari ne festinãti mihi quod i aio habeo exequi fitis impedimẽto Sed uniuersi approbate quod dixero. quẽcũq; ego uestrum á cœtu deoꝝ seorsũ deprehẽdero ꝓfectũ ad ferẽdas suppetias uel argiuis uel teucris huncaut deformiter cæsum uerberi- bꝰ remittã icælũ aut i atrũ illũ & tã ꝓcul hic positũ deiiciã tartaron: ubi subter ima terrarũ cũ ferreis portis ac æreis foribꝰ altissimũ Baratron ẽ tãta i fernũ ꝓfunditate demẽsũ: q̃ta ẽ cælo i terrã. Atq; hunc in modũ cognoscetis: q̃to iuppiter rex arbiter oium deoꝝ sit ualẽtissimus q̃ si q̃tæ sũt meæ uires: iuuat experiri: & huius rei documẽtũ quæritis. Age dũ aureã restim ẽ cælo suspẽdite: eaq; cũcti dii ac deæ apprehẽsa me hinc detrahite i terrã nullo id quãtolibet nixu poteritis efficere. At cũ mihi facere idem irato libuerit in teras uos uniuersos & i maria usq; detraherem quinetiam circũ ligata reste hac ad summitatẽ olympi oia supne alleuarẽ ut intelligatis quantũ ego deos simul atq; homines antecello. Sic iuppiter. Illi autẽ diu se intra silentium tenuerunt reputantes animo uæhemen-

tiam

tiam ⁊ acerbitatẽq; orationis. Tãdem Pallas rupto silentio ita respondit. Iuppiter pater ac regũ rex ⁊ probe & nos cõpertum habemus nullius deorũ robur æquipollere ⁊ ut tuum: nec quicquid facimus ⁊ ideo facimus ⁊ q; tecũ contẽdere uelimus: sed q; uicem Græcorũ dolemus ⁊ quos tetrã in bello mortem uidemus oppetere. Nũc quãdó uetas opẽ illis ferre: nos bellũ nõ adibimus: cõsiliũ aũt ⁊ si qua in parte opus erit ⁊ cũ tua uenia suggerem9 nec te ipsis infenso oẽs itereãt. Ad quã subarridẽs iuppiter: Bono ão esto dulcissima filia uolo te gratificari ⁊ quod postulas ⁊ audacter aggredere ⁊ quod petisti ⁊ nihil ob istud audi tura obiurgationis a patre. Ita effatus equos ad currũ iungit ⁊ ut pernicissimos: sic cõptis auro crinibus decẽtissimos. tum aurea sibi arma circũdat ⁊ sumptisq; manu flagellis auro distinctis in bigã insiliit ⁊ atq; equos ⁊ ut cursum ineant ⁊ uerbere iubet. Illi tum sua ſpõte ⁊ tũ insidẽs iperio uolabãt mediũ iter cælũ terrasq; iter tenentes. Quos iuppiter: post q̃ ad nemorosam ⁊ ferarũq; parẽtẽ Idam deuenerũt: quẽ locũ Gargaron uocant: sistit: solui tq; ac densa: ne cui uideri possent: nebula operit. Erat aũt illic ipsius tẽplũ ⁊ ad cuius arã assidua sacrificia fiebãt ⁊ dehinc in excelso mõtis uertice cõsedit inſpectãs hinc urbẽ troianã illinc castra Græcorũ cũ magna apud seipsum uoluptate ex tãta sua potẽtia ⁊ ac gloria. Et iam sublatis mẽsis Græci á cœna alacres ad arma iducẽda se trãsferũt: ut q̃primũ exeant in expeditionẽ. troiani aũt ẽ regione & ipsi armabãtur: & si pauciores q̃ antea tñ aiati ad pugnãdũ: necessitate ⁊ cogẽte eos á pduellium manibus filios: uxores q; ꝓtegere. Igitur patefactis oibus portis uniuersæ copiæ eqtũ ⁊ peditũq; cũ ingenti strepitu prærũpunt. Atq; ubi in eandẽ ab utrisq; areã uentũ est ⁊ & ifestis hastis: infestis clypeis: infestis armis cõcursum: hic uiriũ animorũq; declaratio: hic plurimus fremitus: hic peuntiũ gemitus ⁊ feriẽtiũq; cũ clãore exultatio ⁊ hic riui cruoris humi decurrẽtes ⁊ hic cadauerũ strages tam Græcorũ q̃ troianorũ. At hunc in modũ neutris terga uertẽtibus ab aurora aut ab exorto iubare ad meridiem usq; anceps belli Mars fuit. Qua hora iuppiter sumpta aurea libra posuit in utraq; lance singula mortis fata: hinc Græcorũ: illinc troianorũ eã p mediũ digytis apprehensam cũ in altũ traxit: lanx cũ fato græcorũ in terra: ubi erat: subsedit ⁊ altera e diuerso cælum petẽte. Ergo ubi fatalẽ cladi græcorũ diẽ illũ esse cognouit iuppiter abida cũ horrifico fulgure ⁊ atq; imani tõitruo i Argiuos fulmẽ imisit: Quo terrefacti illi ⁊ atq; exanimati oẽs loco subducũtur. Ita ut nec idomeneꝰ ⁊ nec Agamẽnon nec uterq; Aiax ⁊ necalii cæteri manẽdũ sibi putarẽt. Nestor aũt græcorũ custodia unus ex oibus manebat ⁊ neq; is ſpõte ⁊ nã & ipe cũ aliis una fugisset ⁊ sed eũ equus morabat' laborãs ex uulnere catapultæ Alexãdri in occipitio infixæ ⁊ ubi principium iubarũ est loco admodũ morti obnoxio. Itaq; saucius equus ⁊ atq; ipatiens (ad cerebrũ. n. usq; catapulta penetrarat) resiliebat ⁊ ad rotam se uoluptabat: alios equos pturbabat. Dum equꝰ uulnęratus fugã domini inhibet ⁊ dum senex ipse isurgẽs equũ cohercet ⁊ dum habenas: qbus ille ad currũ iũctus ẽ ⁊ gladio ãputare nitit'. iam Hector cum equitatu troiano fugientibus græci istans aduentabat: ipsumq; forsitan senem eodem loco oppressisset: nisi re ꝓtinus cognita. Diomedes magna uoce Vlyssem iclamasset ad opẽ seni ferẽdã Vlysses Laertiades quo fugis? quid terga uertis? & cur cõmittis ⁊ ut tanq̃ ibellis & istrẽnuus i tergo quo fugis accipias uulnus. Mane hic mecũ. Mane: dum á sene amico trucẽ Hectorẽ arceamus. Sic Diomedes. Vlysses uero nihil exaudiẽs istitutũ cursum cõtẽdit ad naues ⁊ nihil tñ minꝰ Diomedes ⁊ q̃q̃ solus. iter prios pugnatores se iferẽs ⁊ ante equos Nestoris stetit: hoiemq; his uerbis ẽ allocutꝰ. O senex: ꝓ quẽ tibi bellatrix iuuentus negociũ exhi-

bet:prístínis uíríbus ob nímíum ſenium defectus es. Ad hæc & comes ſenſibus & equi pedibus tardí tibí ſunt. Itaq; relínquamus íſtum currũ tuo ac meo aurígæ regendũ. Tu Agedũ í hũc meũ aſcende, ut ſcías quales ſunt eq troíaní, quos Aeneæ erípuí: q̃ ueloces q̃ ualidí, & q̃ feroces ín pugna, atq; terribiles. Ibímus. n. ambo ín eqtatum Troíanũ, ut & dexteræ meæ uíres ac meũ íaculũ experíatur. Hector. Huíc cõſílío non aduerſatus Neſtor de curru ſuo deſcẽdít: & ín Díomedís currum aſcendít ſuccedens ín Steneli locum: quẽadmodũ uícíſſím ín ſuum ſucceſſerat Stenelus. Ita alterum currũ, q̃ remanſit, egregíí famuli Stenelus atq; Eurymedon curandũ ſuſceperũt: ín altero prícípes ín troíanos íre cõtendũt. Neſtore famuli officium í aurígando exhibẽte. Atq; cũ ſtatim Hectorí appropínquaſſent, & ílle ifeſtus ín occurſum ferretur. Díomedes ín eum lanceam contorſit, quæ non í dñm ſed ín aurígæ pectus, íuxta mamillã, perlata eſt, quo uulnere Enío peus (hoc erat nomen aurígæ) generoſi Thebæí fílíus ẽ curru moribũdus ꝓlapſus ẽ ac ruínã corpís equos terrefecit, ita, ut reſílientes ín díuerſum deflecterent. Hector, etſi ní míũ ob amíſſum aurígã dolore cõfuſus, tñ eo relícto: alíũ íquireba, quẽ í locũ occíſi ſubſtítueret ad moderãdos equos íam ſíne rectore ínutíles effectos. Inuentoq; confeſtím uíro p̃ſtantí Archeptolemo Hyphítí fílío, ac ſuffecto ín locũ aurígæ. magna íllíc fuiſſet cædes edíta, ac penẽ actũ de rebus troíanís ıntra troíam, tanq̃ agnís ıntra ouile concluſís. ní ſí íuppíter hoc futurũ proſpícíens ſparſiſſet rutílum uaſto cũ tonítruo fulmen ín terram atq; ante ora Díomedís. Cuíus ígnea lampade perculſí equí ſucceſſerũt currum. & Phœnícei coloris habenas e manibus Neſtoris extorſerunt. Q ua de re cõterrítus Neſtor ad Díomedem ínquít. Age títídes cõuerte ín fugam equos. An non agnoſcís. Ioue nobis aduerſo, ſperandam nõ eſſe uíctoríam. nemo íllíus conſílíum reuocare poteſt, nemoq; ualídus uírtute deo queat obſíſtere, cũ humana uís ífínito ſít díuína ínferíor. Is hodíe uult hoſtí tríbuere palmam. Idemq; poſtea, ſí uoluerít, tríbuet & nobís. Cuí reſpõdens Díomedes. Rítetu quídem & ꝓbe locutus es ſenex. Sed íſtud agere durum mihí, atq; acerbum eſt, cum ſcíam fore ut Hector alíquãdo concionem habens apud ſuos dícat, Díomedem ego fugíentẽ ad naues uſq; perſecutus ſum. Q uæ ílle cũ gloríabítur optarẽ tum ego tellurem mihí dehíſcere. Cuí reſpõdens Neſtor. Ha díomedes, quæ uerba affatus es, Caue íd tímeas. Nam ſí Hector íbellem te & íſtrẽnuũ dícet, nullã tamen eí fídem habebũt. Cæterí troíaní, qui audíent. Non ẽt cõíuges troíanorum quarum uírí fortíſſímí íacent tua manu perẽpti. Hís dictís a tumultu pugnæ equís ín fugã cõuerſís habenas ímíſit. tunc hector comiteſq; troíaní trucí clamore ſublato ínſequuntur, ín unum pro ſe qſq; tela íacíentes. quorum prímus Hector magna uoce faciebat ílli conuítiũ nominatím compellans. Díomedes ſolebas ante hac ínter proceres & dígnítate locí uel ín conſílío, uel ín mẽſa, & poculís maioríbus, & carne opímíore ímprímís honorarí. Poſthac ílló honore príuabere ex uíro ſtrẽnuo fœmína effectus. Abí abí cum íſtís oculís efferaciſſímís, nõ ením, ut ſperabas, ín noſtros muros tíbí lícebít aſcẽdere, ut illuc ad naues tuas nr̃as coníuges aſportares. Non te íſtud ego facere ſínã, non ꝓmíttam, ſed te fugabo, ſed mea tíbí manu potíus dæmonem dabo. Síc Hector. Ille hæc audiens: & ſecum cogítans anímo hærebat, nunquíd pergeret. An conuerſo curru ín ípſum ferretur cõuítíatorem: terq; ſubínde talí apud ſe delíberatíone hæſítantẽ totíens íuppíter ab ídæís montíbus tonãs eum a reuertendo cohíbuít, ſígnífícans ſe troíanís lætam deſtínaſſe uíctoríam, quo magís hector ſuos hortabatur magna uoce clamans: O amící Troíaní Dardaníq; & Lycíí

ſtrẽnuí

ſtrennui: nunc quæſo uiriles animos: nunc ualidas uires, ut ſæpe feciſtis: oſtẽdite. Agnoſco ꝓpenſum mihi fauorẽ Iouis optimi maximi, En declarat deſtinaſſe ſe mihi ex hodierno certamine eximiã gloriã: Græcis uero exitiũ: quod nullo pacto effugere poterũt. Stulti: qui hos ſibi muros extruxerũt: quaſi eis tutelæ futuros, q̃, non uno quidẽ horæ momẽto, impetũ meũ ferre ſufficient. Nam foſſam illã: quã munierũt nullo negocio tranſilient equi. Quod cũ fecero: & ad naues euaſero: preſto mihi ſint aliq̃ cũ icenſis facibus, ut & naues igni, & hoſtes, fumo lymphatos, ferro obſummã. His uerbis hortatus ſocios, equos quoq; quadriiugos oõne adhortabatur. Agedum Die Xanthe Die Podarge, Die Aethon. Die Lampe nũc reddite mihi gr̃am pro cultu pro cibo potuq;, quẽ officioſa uobis Andromacha uxor impẽdit. Illa lautiſſimo uos pane ſaginauit, illa, quotiens faciendũ uidebatur, uobis miſcuit uinũ, illa uos ſtudioſiſſima cura pauit, adeo prior ei cura erat e duliorũ uorũ, q̃ meorũ: qui uir eius ſum, ea propter feſtinate pariter, properate ſequi: ut Neſtorem, Diomedẽq; aſſequamur: & ſpoliẽ ex humeris Neſtoris q̃dem clypeum illum, cuius fama fertur in cælum, quod foris intuſq; totus eſt aureus. Diomedis aũt inſignem thoracem, quã mulciber ipſe fabricatus eſt. Hos duos ſi cepero, auguor raptim ſane Græcos hac nocte naues eſſe conſcẽſuros. Hæc Hectora per elatiõnẽ ai locutũ indigne accipiẽs Iuno, ut ſedebat in ſuo trono aio mẽbriſq; cõmota eſt, cõmouẽs una imenſum olympũ. Tum ad Neptunũ, q̃ ei ex aduerſo ſedebat inqt. O indignũ Neptune facinus, nullã ne moleſtiã cõtrahis ex hac occidione Græcoꝝ, qui te apud Helicem apudq; Aegas tam crebris tãq; ſolẽnibus te muneribus ꝓſequũtur? quos etiã uictoria potitos uolebas? Et enim ſi uniuerſi, qui Græcorũ partibus ſtudemus, aduerſus iouẽ annitamur repellere Troianos: nimiq; iuppiter, & ſi dolore ꝓcitus erit, a ſuo ſe tñ loco, ubi nũc ſedet p̃ timore non dimouebit. Ad quam uæhementer ſuſpirans Neptunus. O iuno inqt timoris neſcia, quis nam tibi ex ore ꝓdit ſermo, quæ me iſta facere ſuades. Ego uero minime uelim nos, quotquot alii ſumus, cũ Ioue conſerere manus, q̃ cunctis lõge eſt fortior. Cũ hæc Iuno atq; Neptunus iterſe colloquũtur. Interea q̃q̃d ſpacii, quod nauiũ tenus: a turri foſſa cõplectitur, id omne Græci per Hectorẽ ipſi deo Marti ſimilẽ cõcluſi, denſis uirorũ, equorũq; agminibus ipleuerant, ac forſitan (Ita enĩ propitiũ hẽbat Iouẽ Hector) ipſas incẽdiſſet etiã naues (niſi Agamẽnoni acerrime dimicanti Iuno hanc mentem dediſſet, ut ꝓpere itermiſſa pugna, cæteros Græcos ad certamẽ incenderet. Itaq; Agamẽnon cõtinuo ante naues uadens atq; tẽtoria, purpureũq; amiculũ, ac ſatis amplũ manu tenẽs ſuper nauẽ Vlyxis, q̃ media oium erat, ſtetit, & i dextrã ac ſiniſtrã ea uoce, qua ab oib9 exaudiret, exclamauit. Pudeat uos argiui taciti flagitii, q̃d admittitis ignaui & ibelles, p̃ſertim uos duces nõ re, ſed noie duces. Quo abierũt uota illa quæ in Lemno faciebatis, ut uobis fieret copia cũ Troianis æquo Marte pugnãdi, ubi ſunt magnifica illa ꝓmiſſa, quibus ſe q̃ſq; fortiſſimus i p̃lio fore ſpondebatur, ubi uerba illa ferocia, cum iactabatis ſingulos uũm pares eẽ in bello cẽtenis duceniſue Troianis. Hæc ſup cœnã ante opimos cibos, coronataſq; crateras, carne, uinoq; diſtenti gloriabamini. Nunci certamẽ ne uni q̃dem Hectori centeni pares ſumus, q̃ nobis inuitis iam iã, ut uideo naues deflagrabit. iuppiter p̃ quẽ unq̃ regum poſt homines natos tanta calamitate onera ſti? aut quẽ tanta gloria fraudaſti, quãta me hodie, quod nunq̃ putaui fore, nec meã ſpẽ credidi poſſe fruſtrari, quotiens apud aras tuas cum ingẽti uictimarũ ui tibi litarẽ, perſuadebã mihi troiam me prorſus euerſurũ. Nunc ẽ diuerſo Troiani nos tuo p̃ſidio freti euertunt. Verũ te

cum ingenti utriusq; populi strage. auctor aũt huius calamitatis (ut alius repetã fuit) dia na q̃ iniecit eis materiã discordiaq; uehemẽter in Oeneũ stomachata: q; is dũ p arbusto rũ primiciis sacrificaret cæteris diis: uni sibi: quæ Iouis filia ẽ, nõ sacrificasset: siue ille obli uione captus, siue nõ ratus ea sacra dianæ fuisse faciẽda. Igit᷑ dolore indignatiõis accẽsa aprum excitauit, mira mẽbroq; & setaq;: dentiũ magnitudine horrendũ: q cũ impetu cor poris tum ui dentium omnem agrũ Calydoniũ deuastabat: pterẽs sata: & messes: arbu sta cũ fructibus, q̃is procera: radicitus sternẽs: magnã passim cladẽ ferẽs: nõ mõ agris uerum etiã uiris. Siquidẽ plurimos in occursum ire conatos trucidarat: nunc tãdẽ Oenei filius Meleager cõparata igenti ex cõplurib9 oppidis uenatoq; manu cum magna copia canũ (neq; eni cũ paucis tantã ferã, & tã sæuam cõficere potuisset) occidit hunc dea uo lente: inter Curetes atq; Oetolos de capite apri, ac pelle utris illa cederent, utrisq; sibi uen dicantibus: uæhemẽs seditio: ac preliũ cœptũ est: diuq; bellũ fuit, quo i bello q̃diu Melea ger uersatus est, sp res Curetũ deterior fuit ita ut extra ipsoq; muros etsi copiis militũ ha bundabant, consistere non possent: Donec euenit, ut Meleager ab armis desisteret ira rum æstibus cõcitatus, Q uib9 grauiũ quoq; hoium pectora solent cõcitari atq; feruere. Q uid aũt cãe suberat, ut irascereť Althæa mr̃, q̃ fraternæ mortis ipatiẽs (pemerat aũt illũ Meleager positis hũi genibus, atq; ambas palmas crebris ictibus solo icutiens) madẽ te lachrymis sinu cũ uociferationẽ deos superos, atq; iferos iuocãs, necem filio ẽ imp̃cata Cuius eã iprecatiõis imitissimo igenio Erinnys cõpotẽ fecit. Ob hãc detestationẽ matris: cõturbatus aio Meleager, ac tabescẽs omissis prœliis domi se continebat solãs acerbum mœrorẽ apud Cleopatrã amãtissimã uxorẽ fœminãq; pulcherrimã. Hæc ãt filia fuit idæi & Marpises quidẽ specioſæ iter paucas nymphæ. idæi uero oium illius sæculi uirorũ for mosissimi: & q arcu sagittisq; sumptis Apollinẽ iuadere ausus est ob Marpissen sibi a deo ereptã, quã postq̃ rapta est parẽtes Alcyonen cognominauerũt: q; mr̃ eã domi deflebat sortita luctuosum ac flebile Alcyonis fatũ. Igitur: ut istituerã dicere: Meleagro cessante, ecce tibi confestim Curetes Calydonẽ petũt: subeunt portas: turres murorũ subruunt. ibi fremitũ pugnãtiũ: fragorẽ collabẽtiũ curruũ succlamãtiũ uictorum, exultãtiũq; audi res. Tunc pricipes Oetolorum tãto exaiati periculo Meleagrũ adeunt, obsecrant, obte stanť: ut arma sumat, & i hostes iã mœnia demoliẽtes p̃deat, ciuitatẽq; á p̃nti euersione tutet᷑. Ergo iexorato reuersi summos sacerdotes ad hoiem mittunt, ut adiuncta p̃cibus deorum religiõe aium pmouerẽt, adiecta ẽt igenti sponsione, Offerre eni se facultatem: hinc exornatissimis qbusq; p̃diis: quæ in plano posita sunt, unumqdlibet optãdi, Cuius mons qnquagita passuum eẽt ex dimidiato uitibus consitum, ex altero dimidio frumẽta rium. Spretis ciuibus, cõtẽptis sacerdotibus, despectis muneribus, senior pr̃ accessit ad thalamum filii, clausisq; foribus, tanq̃ Meleagri genibus aduolutus, & eas idẽtidẽ quati ens, diu multumq; oi p̃cationum ãbitu supplicabat. Supplicabãt una cum pr̃e frẽs eodẽ mõ, p̃cumbentes. Supplicabat & mr̃, sed quo magis per se q̃sq; p̃ces iculcabat eo magis surdas ille aures hẽbat. Supplicabãt postremo certatim familiarissimi, amãtissimiq; soda lium, sed ne hi qdem durum aium euicere & obstinatum pectus expugnare poterãt, & licet nihil pficerent tñ oẽs i eodẽ flebili rogandi tenore p̃stabant, hoc iterim spatio Cure tes iam i turres murorum euaserant. iam discurrẽtes per urbẽ tectis icendia miscebant, q̃ uxor Cleopatra ubi aiaduertit cum igenti lamentatione ut succurrat maritum cõprecať. Exponensq; cuncta ifanda, quæ in euersione urbis uicti á uictoribus perpeti solent. Omi

uir iquit ꝛ urbs cõcrematur ꝛ puberes trucidantur ꝛ ipuberes capiuntur ꝛ fœminæ captiuæ ducunt. Tum demũ Meleager tãta rei idignitate perculsus é thalamo ꝓsiliit sumptisque raptim armis urbẽ ꝛ ciuesq; suos ab extremo defẽdit exitio. Et cũ hoc feciſſet ꝛ nõ tñ eum Oetoli tãtis tãq; eximiis donis remunerati sunt ꝛ q; qcq; egiſſet: non illo⁹ ꝓcibus: sed suo stomacho tribuerat. Q d' tu Achilles absit ut facias ꝛ neq; te hoc amicus dæmon facere si nat. Difficilius eni tibi erit ardẽtibus iã nauibus auxiliũ ferre ꝛ nũc ꝓnius auxiliũ feras ꝛ nũc anteq; ardeãt naues ꝛ nũc cũ dona ampliſſima offerãtur ꝛ nũc qñ ex fcõ tuo gloriã & quasi diuinã es reportaturus. Alioqn: niſi i hoc ꝓculo ſuccurris ꝛ ẽt si poſtea ꝓliũ ineas ꝛ ẽt si ſocios defendas ꝛ ẽt si gratis facias ꝛ nequaq; tibi erit factũ tuũ tanto honori futurũ. Hæc phœnix. Ad quẽ rñdẽs Achilles. Iſtũ inqt honorẽ uenerãde Phœnix: quẽ mihi oñdis ꝛ ne utiq; req̃ro contẽtus honorari iudicio iouis ꝛ quo nunc iiuriã meã ille ulciſcat'. Eoq; dum ingredi potero ꝛ & dũ ſpiritũ trahã ꝛ certũ eſt mihi ex his tẽtoriis non egredi dũtaxat gra pugnã di. Illud ãt ſic habeto ꝛ & q d' dicã conſidera: atq; imis ſenſibus mandata. Ne uelis amplꝰ ut mihi tuo dolore ꝛ tuis lachrymis ꝛ tua ad cõmouendã miſerationẽ appoſita oꝛone affectus fundere ꝛ & ad miſericordiã concitare ꝛ ut ꝓ hoc agamẽnoni gratum facias ꝛ Cui ꝓfecto nec amicus eſſe debes ꝛ q inimicus meus eſt ꝛ ne ob id amicus mihi eſſe deſiſtas ꝛ & eius demum: q ſtudioſus mei ſit: decet te eſſe ſtudioſum. Q uippe q parem mihi regni dignitatẽ: dimidiũq; mecũ iperii obtines. Itaq; hi duo legationẽ renũciabũt ꝛ tu uero hic maneas apud me dormiturus: craſq; ſub aurora mecũ conſultaturus ꝛ Redeamus i patriam nec ne. Sic locutꝰ Achilles tacitis ſupciliis: ut ſtratũ Phœnici ſterneret atq; adornaret Patroclo inuit: uolẽs iam tunc ſenẽ icipere de reditu in pr̃iam deliberare. Tunc aiax. Abeamus iquit ſapientiſſime Vlixes ꝛ ut eni rem ire uideo finẽ non faciemus colloquendi ꝛ & alioquin reditum nr̃m cunctus ſenatus apud curiã ſedens expectat ꝛ nunc etſi triſte rñsũ tñ neceſſe ẽ q̃primũ renunciemus. Nãq; iſte nullã rõnem habet neq; humanitatis ꝛ neq; beniuolẽtiæ ſuorũ: neq; honoris: quo ſp eũ ꝓter cæteros i his caſtris nos amici ꝓſecuti ſumus. Ita iperauit ſibi: ne ꝓces nr̃as admitteret ꝛ durus ꝛ rigidus ꝛ ſæuus. At eni fuit qui ꝓ occiſo fratre ꝛ aut ẽt filio oblatis igentibus donis ſatiſfactionẽ accepit ꝛ Licuitq; ipſi percuſſori poſtea ipune i populo agere ſine ulla eius: cui iiuriã fecit offenſione. Tibi uero Achilles iuicẽ dii mẽtẽ nũc aiumq; iplacabilẽ dederũt: q ñ ob fi. nõ ob frẽm: nõ ob aliquẽ neceſſarium iterẽptum tñ reſpuas ſatiſfactionẽ: ſed ob ereptã puellã: & q dẽ unam ꝛ at nunc ꝓ una ſeptẽ longe excellentiſſimas offerimus ꝛ eandẽ quoq; illã: ſimulq; cum illis alia plurima. Sed tu q ſo Achilles aliqñ aium placa. Da hoc pudori hoſpitii (hoſpites eni tui ſumus á cõ filio Danaorum miſſi) Da nr̃æ neceſſitudini. Da amicitiæ: q enim huc uenimus ex oibus Græcis cupidiſſimi tui & fuimus ſp: & ſumus. Ad hũc rñdens Achilles. Q uæ iquit princeps Aiax dixiſti ꝛ ea mihi i bonã ꝓtem accipiũtur: ac grata ſunt. Cæterũ cor meũ irarum æſtu totiens feruet: quotiẽs reputo quãta me contumelia Agamẽnon affecit ꝛ q; me inter Græcos loco Gregarii cuiuſdam militis hũit: aut hoꝛis ꝓfugi patria ꝛ atq; extorris. Vos tñ abite ꝛ & renũciate cæteris q̃ rñdi. Nãq; non prius mihi bellum curæ erit: q̃ Hector fuſis Græcis ꝛ manibuſq; ifenſis ad tentoria naueſq; meas ꝓgredietur. Si mõ ꝓgrediet' ꝛ q d' nõ opinor. Q uippe & ſi ad hoc agendũ prono eẽt aio ꝛ tñ ſubſiſtet: eũq; ab his tentoriis mei timor arcebit. Hæc Achilles. Illi ãt ꝛ cũ gradatim cratera libaſſent ꝛ ab Achille digreſſi ad conſilium reuerſi ſunt: Vlixe ꝓeunte. Patroclus iterea ſociis ancilliſq; negociũ dederat: ut continuo Phœnici lectulum concinnarent quod ille dicto audientes executæ ſunt. itaque

ſenex

senex in lectulo tenuibus linteaminibus stragulaq; ueste admodum decora concinnato⁊ se capiendi somnii gra collocauit:iacuitq; ad aurorā. Tum Achilles ad cubile suū:quod in penetralibus tētorii erat:se recepit: & ex aduerso Patroclus cū sua uterq; amica & utraq; formosa. Ille cū Diomeda Phorbantis fi. quā ē Lesbo abduxerat. hic cū Iphi quā ex euer sa Scyro Enyei urbe captiuā Achilles amico donauerat. At legatos cū p̄conibus tentorium Agamēnonis igressos græci surgentes ptensis oculis alii aliū exceperūt. Deinde rñsione Achillis sciscitati sunt⁊ & primus oīum agamēnon: Dic age inquit clarissime Vlyxes uult ne ille nos nr̄asq; naues ab hostili igne uēdicare:⁊ an potius durante adhuc acerbitate animi p̄negat:⁊ Cui rñdens Vlixes. Magne inq̄t Agamēnō imo uero pernegat:atq; ad orationes⁊ ad p̄ces:ad p̄missa nostra nō modo non sedatur:uerū etiā increscit animi eius acerbitas⁊ adeo & te & tua dona posus est quin & crastino die⁊ simul ac refulserit aurora⁊ cōminatus est deducturū se suas naues in mare⁊ atq; in p̄riam reuersurū. Eoq; te iubet p te ipsum sine se ꝓuideas:quo modo naues uiriq; icolumes ab hostibus sint. me quoq; iussit uerbis consilium dem cæteris:ut hinc soluentes ad penates reuertantur. quandōquidem nobis dempta facultas est Troiæ expugnandæ⁊ tum ioue auxiliāte tantopere hostibus⁊ tum ipsis Troianis iam ferocioribus ad pugnandum effectis. Hæc eum ita locutū testor hos qui mecum uenerunt aiacem amboque præcones. Nam phœnix remansit ab illo iussus⁊ q; cras cum eo in patriā abiturus est⁊ Si tamen abire uelit⁊ Inuitū. n. ducere Achilli non est sententia. Ad hanc Vlyssis relationē diu se oēs intra silentiū tenuerunt stupentes Achillis tam rigidā p̄fractāq; orationē⁊ nec stupentes modo⁊ sed etiā mœsti ac lugentes. Tandē diomedes⁊ Non fuit inquit princeps Agamēnon faciendū tibi⁊ ut ad achillem mitteres legationē⁊ ut supplicares⁊ ut dona ꝓmitteres. Isto enim modo hoiem alioquin impotentē & tumidum etiā tumidiorē reddidisti. Sed eū missum faciamus:siue abire hic siue remanere uelit⁊ tunc pugnabit⁊ cū aut cupido sibi incesserit⁊ aut deus animū dederit Quod supest⁊ accedite oēs sententiæ meæ. Nunc cibo aut uino refecti petite somnum. His enim rebus uis animi & corporis uires uigent. Cras uero sub ipsum statim auroræ ortum tu agamēnon simul omnes copias equestres pedestresq; iubebis ē tentoriis prodire in aciem simul⁊ Ipse inter primos bellatores in pugna uersabere. Hæc Diomedes⁊ Cuius oīone probata ac laudata uirtute:cuncti ut ille censuerat prius tñ facta libatiōe in sua quiq; tentoria reuersi sunt:stratumq; ac somnum petiuerunt.

ILIADOS LIBER NONVS EXPLICIT. ꝓINCIPIT DECIMVS.



T cæteri quidem Græcoꝝ principes grato sopore prostrati noctem illā oēm traducebant. agamēnon aūt aliis atq; aliis cogitationibus aium infestantibus⁊ somnū oculis capere non poterat atq; ut iuppiter immensam uim imbriū:aut grandinis⁊ aut niuiū late agros obtegentiū in terras demittēs:aut insanā uentorum concitans pugnā fulgurat. Sic illi crebra ex imis pectoribꝰ suspiria trahebant. cor isolito motu palpitabat. Aia ipsa intra uiscera cōtremebat⁊ & nūc ad castra hostiū⁊ nunc ad sua flectabat oculos⁊ admirabaturq; cū tot apud troianos urbē uersus lucētes uideret ignes:tot tibias:tot fistulas⁊ tot musica instra canere⁊ tantū hoium fremitum exaudire. at cū uicissim respiciebat ad suos sine ignibus:sine sociis:sine fremitu dor-

mientes:oculos ad cælū tollēs erūpere gemitu⁊ Iouí utraq; manu capillū radícitus díscer pebat. Tandē cū plurima cogitasset⁊ hæc sibí uísa ē sentētia p̄stare:ut primū se ad Nesto rē cōfert cōsultādí cū íllo gr̄a:sí qd remedíi p̄clítāti rei pu. Græcor̄ ínueníri posset. Igítur ubí surrexit:primū hūeris ac pectorí tunicā⁊ deíde pedibus decoros calceos índuit⁊ tū ru tílantē ímanís leonis pellē ad pedes usq; demíssam círcūdat. Postrēo lanceā dextra sumít Cū aūt íta se accíngeret⁊ ecce Menelaus díscolorí pardí pelle círcūdatus⁊ galeāq; capite⁊ ac lanceā manu gerēs⁊ q nec ípse somnū capere poterat:festínabat trepídus anxíusq; pro Græcís íter noctē calamitatís:q ípsíus gr̄a tāto marí traiecto animosū Troianis ítulerant bellū. Veníebat āt excítaturus fratrē:penes quē sūma exercit⁹ potestas erat:& uelutí de⁹ quídā uulgo colebat:híc cū tentorīū ítrasset⁊ & gratus sane eíus aduētus Agamēnoní fu ísset:prior íta frem ē allocutus. Prímígenie frater:qd tm̄ hoc noctís surrexísti? Nunqd ut alíquē solícites socios ire epíscopū ad explorāda hostíū castra? uer tñ sí hinc p̄gredí sta tuís:uereor ne qs uicíssim íllos epíscopus huc eadē cā iussus í te íuadat. Nā ad aggredíē dū maleficiū ípse noctís tenebræ aíum addūt. Cuí respōdēs Agamēnō:Cupío inqt Me nelae me & te alíqd salubre excogitare cōsilíū:p qd nobís ípendens p̄culū p̄pulsemus⁊ qm̄ Iuppíter á nobís alienatus ē⁊ acceptíora habēs hectoris sacrificía q̄ nr̄a. illíus. n. fret⁹ numíne Hector fecit ea⁊ q̄ fecit:q̄lía uno díe feciſſe alíū nemínē⁊ nec uidí unq̄:nec ullo re ferēte audíuí. Cū tñ nec deo sit gēitus⁊ nec dea. Cuí⁹ díei magno cū mœroř Græcos díu lōgūq; recordaturos scío:tm̄ cladís heri ab íllo p̄essi sūt. Tu uero celeri cursu cōtēde ad naues:ad aíacē⁊ atq; ídomeneū:eosq; ad nos cōsíliū uoca. Ego nāq; ad Nestorē p̄go excí tatur⁹ eū a sōno:deducturusq;:sí uolūtas sua feret:ad excubíaꝝ locū:ut edoceat qd nobís agēdū sit. Est. n. íís cuí⁹ sentētiā oēs facíllíme sequāt:adhuc eíus fílíus cū Meríōe íllíc⁊ q bus duob⁹ íllud negocíū dedímus excubíís p̄sunt. Ad hūc respōdēs Menelaus utrū tñ iu bes me facere:ubí aíacē ídomeneūq; uocauero:morarí ne me íllíc⁊ donec una ueníam⁹ ad locū excubíarū:an símul ac eos uocauero íterū huc recurrer̄:ut assequar quo díxísti eun tē? Cuí agamēnon uolo íqt te íllíc morarí:ne forte suā uterq; uíā ígredíētes⁊ Sūt. n. plurí mæ í castrís semitæ) íuicē nō occurram⁹. íllḋ tm̄ obseruato:quēcūq; a sōno excítabís eū tū alloq̄re honorís gr̄a ex p̄rís noíe: atq; ex dígnítate gn̄rís appelles⁊ eídē reuerētiā p̄stes⁊ ní híl secū elatū⁊ níhíl sublíme p̄feras⁊ q̄ppe sic nobís laborādū ē nr̄æ cōdítíōís oblítís⁊ qm̄ eo malor̄ aduersa íouís uolūtate deuenímus. His optímís admonitíonibus agamēnō ín structū fratrē ubí a se dímísit:ad Nestorē p̄gít:ad quē cū uenít:ígressus tētorīū offēdít se nē molles agētē sōnos appositís iuxta uarīís armís atq; fulgētíbus:galea:scuto. duob⁹ ía culís:ac baltheo:quo solebat accíngí:quotiēs cū suís cohortíb⁹ dux⁊ atq; ípator p̄díbat í acíē:utpote nōdū subcūbens extremæ urgētíq; senectutí. Hūc Nestor ueníētē cū ad stre pitū sensísset⁊ í cubitū seleuās palmaq; eadē caput sustínēs sic ad agamēnonē íqt. Quís nā tu es⁊ q solus nocturno tp̄e:cū cæterí qescūt⁊ p castra deābulas⁊ & ad naues uenís pal pātíbusq; māíbus íumētū⁊ aut socíū q̄rís? noli ad me tacíturnus accedere:effare qd q̄ras & qd te ego adíuuare possím. Cuí rñdens agamēnō aít. Nestor Heleídes ígēs Græcí no mínís gloría agnoscís ex uoce agamēnonē me esse quē íuppiter í tot cōíecit ærūnas: ut tā díu futurus sím míser⁊ q̄díu sup̄ pedes ire⁊ aut cōem aurā haurīre potero⁊ uenío aūt huc q; somnū oculís capere nō q̄o⁊ de hodierno bello mœstus⁊ de íminēti nobís díscrimíe so lícit⁹. Cuí⁹ rei tātus me tíor tenet:ut genua cōtremíscāt:cor ē p̄cordíís conet̄ emícar̄:aní mus malís attonítus apud se nō sít⁊ deniq; corpore ac mente captus sum. Quare sí quid

consílíí

consilii in hoc rerũ statu excogitare potes: uelim ut quoniã nec te habet somnus: ad excubitores descẽdamus uisuri ne illi forsitan tũ labore tũ sopore uicti dormitent ꝯ omissa ꝑ sus uigiliaꝝ diligẽtia ꝯ cũ tamẽ tã exiguo interuallo distemus ab hostiũ castris nesciamus ꝙ an pernoctẽ ẽt oppugnare nos tentẽt. Ad hũc respõdens strẽnuus Nestor: Non est inquit maxime impator Agamẽnon: ut cẽseas iouẽ Hectori nũc ad uotũ eũcta largiri. Sic cine reris tu illũ nostra castra uelle oppugnare? at ego cõtra suspicor iangi eũ & quidẽ uæ hemẽtibus curis ꝯ ne Achilles fortassis i grãm tecũ redierit ꝯ nihil tamẽ minus te equidẽ seq nõ moror ꝯ atq; ẽt tecũ uenire ad alios principes excitãdos Diomedem. Vlyssem: Aiacẽ: celerẽ Megẽ. Nã aiacẽ magnũ & Idomeneũ: q lõgius hinc absunt in extrema castroꝝ parte O si quis adesset ꝯ qui iret uocatũ. Atq menelaus ꝯ q foret idoneus: nũc dormit relicta tibi uni cura ac molestia rerũ agẽdaꝝ: q in hac intolerãda tẽporũ difficultate ꝯ cũ res nostræ ad pniciẽ spectẽt ꝯ deberet uigilare ꝯ singulos principũ curiæ rogare: orare: postremo nihil omittere ꝯ quo circa eũ licet amicũ mihi & in reuerẽtia a me semp habitũ ꝯ tñ ut meritus est obiugabo ꝯ ne si tu qdẽ nõ patiaris me dicere i eũ dissimulare potero ꝯ aut me cõtinere ꝯ quin illũ sermone castigem. Ad quẽ respõdẽs Agamẽnon. Istud quidẽ inqt uenerande senex facere te alias etiã cohortarer ꝯ ne dũ pariter. Nã ociari ille utiq; q̃ negocia agere mauult ꝯ sed frequẽter se labori subtrahens ꝯ neq; id aut inertia ꝯ aut impitia ꝯ sed qa ad me respicit: & ut ego semp incipiam ꝯ expectat. Nũc aũt multo me prior surrexit ꝯ meq; adiit ꝯ quẽ ego ad istos ipsos ꝯ quos tu cõmemorasti uocãdos dimisi. Itaq; eamus nos reperturi illos expectãtes cũ uigilibus ad portas: quo ego iussi uniuersos cõuenire. Cui senex nestor: Oino inqt isto mõ nemo erit cæterorũ Græcorũ ꝯ qui idigne ferat iussa tua. Nẽo q̃ iperata nõ faciat: cũ uiderit & te fratrẽ tuũ ꝯ qui primi in exercitu estis: primos eẽ ẽt in labore. Sic locutus induit sibi tunicã deinde decoros soccos: tũ Chlænam Phœnicei coloris uillosamq; ꝯ atq; ita spaciosam ꝯ ut duplicata amiciri posset ꝯ quã & spintre substrinxit. Postremo sumpta robusta lancea ꝑacuto ferro ꝑfixa cum Agamẽnõe perrexit ad naues aliorum ꝯ & primum ad Vlyssis quem cum á ianua tabernaculi inclinasset. Experrectus ille protinus ꝯ & intellecta senis uoce processit ꝯ & ad eos admiratus ait. Quid ita uos duo nocturnis tenebris in tam solicito rerum statu per castra uagamini ꝯ & soli huc ueneistis? Cui nestor: noli inquit factum nostrum prudentissime Vlysses inculpare. Tristis enim necessitas ꝯ quæ græcos ꝑmit ꝯ hoc facere nos cogit. Venimus autem huc ut nobiscum eas ad excitãdos alios senatores ꝯ cum quib9 consultemus ꝯ utrũ pugnare debeamus ꝯ an fugere. Sic locuto nestore Vlysses in tabernaculum regressus ꝯ appensoq; humeris clypeo metalloꝝ uarietate distincto iterũ ꝑdiens unácũ illis ad naues Diomedis abiit ꝯ eũ ãt offendunt extra tentoriũ dormientem sub armis bouino corio membris substrato: capiti uero isigni tapeto ꝯ circa eum comitibus ipsius dormiẽtibus non armatis ꝯ sed habentib9 sub capitibus scuta ꝯ cætera uero arma ad circulũ cuspidis stantium lancearum suspensa & istar fulgoris longe fulgentia ꝯ ad hunc ita iacentẽ nestor cũ ꝑpius accessisset porrecto pede ꝯ ut a sõno excitaret: succussit iubens pariter eũ surgere: atq; ultro his uerbis increpãs surge age Diomedes Tidei fili ꝯ quid solidam noctem dormitas? Non sentis ex uocibus troianorum eos in tumulo consedisse ꝯ q̃tulum campi nos dirimit ab illis? Ad hanc nestoris uocem Diomedes cum se se protinus leuasset é terra: ut inquit durus homo & irreqetus es senex: qui nunq̃ á laborando uacas? an non tibi iuuenes ꝑsto erãt ꝯ q ad excitãdos gradati singulos principes irẽt? tu tamẽ hoc munus ꝑ te obire maluisti. Oino senex unus

inexpugnabilis es ꝛ atq; indefatigabilis uir. Cui Nestor: ista tu quidē oia Diomedes ꝛ & ri te ꝛ & amice locutus es. Sunt. n. mihi filii: & quidē egregii uiri: sunt famuli ꝛ & ii non parū multi sunt qbus negociū hoc uocandorū principū poterā dare: uerū nos tāta urget ne- cessitas rerū ꝛ ut nulli cessandū sit ꝛ cū periclitemur in ancipiti cōditiōe positi teterrimam mortē obeamus: an deuitemus. Sed qm̄ tu es iunior ætatis meæ te miseret. Ito uocatū ad concilium Aiacē celerem ꝛ ac Megē. Sic locuto Nestore: Diomedes rutilātem imanis leo nis pellē ad talos usq; demissam sibi circundat ꝛ sumptaq; lācea abiit ꝛ excitat ꝛ adducit ꝛ ut iussus erat ꝛ Aiacē ꝛ ac megē. Igr̄ ubi ad loca excubiaꝝ uētū est ꝛ reperiunt p̄fectos excubi arum & ipsos excubitores nusq̄ dormiētes ꝛ nusq̄ stratos ꝛ nusq̄ curā remittentes ꝛ sed ui gilātes sub armis oēs ꝛ sedēteſq; ꝛ & exaduerso troianorū ītētis oculis in hostiū castra sem per speculātes. Si qñ illi se mouebāt nō aliter i somnē ꝛ ac solicitā noctē agentes ꝛ q̄ custo- des ouiū canes ꝛ audito rapacis feræ sono ꝛ quā & mōtano saltu ueniētē ad rapinā pecoris ipsi ac pastores magno cū fremitu ab ouili arcere conantur. Hos ita strēnue excubantes intuens Nestor miꝝ in modū lætatus ꝛ eosq; oratiōe exhortādos ratus ita allocutus ē. Vi gilate diligēter ut facitis dulcissimi filii ꝛ nec cuiq̄ uestrū ꝛ hoc i casu somnus obrepat ꝛ ne p incuriam recepta clade simus hostibus gaudio ꝛ atq; ludibrio. ita locutus extra munitio nes exiuit ꝛ sequētibus eū p̄ter p̄dictos principes Merione atq; Trasimede iussis ꝛ & ipsis adesse cōsilio. Egressi nudo in loco cōsederūt seorsum nō nihil ꝛ illic ubi frequentia socio- rū cadauera iacebāt ꝛ & unde á strage græcorū Hector interuētu noctis fuerat summo tus. Ibi cū inuicē sedētes colloquerētur Nestor oronē ita exorsus est. Ita ne tandē inter nos amicissimi uiri nemo existet tanti animi p̄stantia ꝛ qui illuc ꝛ ubi troiani cōsident: se cō ferat exploraturus quid illi in cōsilio decreuerint ꝛ manere ne illic ubi sunt: an post editam tantā ē nostris stragem in urbem se recipere. Explorare aūt poterit aut intercepto aliquo ex postremis eorū ꝛ aut supra auscultando sermones ipsorū quid dictitent eis esse ex iussu hectoris agendum ꝛ q̄p si his omnibus exploratis sine noxa ad nos redierit ꝛ imortalis hūc apud homines omnes omnēq; posteritatē gloria cōsequetur. Præterea eximia a nobis re muneratio. Namq; ipum maximi quiq; p̄fecti nauium singuli singulis nigro uilo ouibus fœtis cum suis fœtibus donabunt. Cui simile nihil possideri potest. simulq; ut in omni so lēni cōuiuio atq; epulo ob huius diei memoriā semper interfit. Hæc Nestor. Cæteri autē aliq̄diu se intra silentiū tenuerunt. Tum Diomedes excepit. mihi q̄dem Nestor p̄stantia animi adest ꝛ atq; adeo uolūtas pro speculatore subeūdi hæc ꝛ quæ nobis minari uidentur hostium castra. Sed ita ꝛ si quem ad hoc sociū habeā ꝛ quippe maior duobus animi præ- stantia ꝛ plusq; alacritatis consiliiq; adest ꝛ quia alius aliud excogitat ꝛ quod ad rem trāsigē dam conducat. At q solus est ꝛ ēt si quid recte excogitauerit: tamē sibi ipsi plerūq; diffidit & apud diffidētiā suā cōsilii pōdus itercidit. Hæc locuto Diomede frequētes alii libenter se singuli comitatū p̄stare uel le dixerūt. Volebat comes ire Aiax thelamonius. Volebat Aiax Oileus. uolebat Meriones. uolebat trasimedes. uolebat Menelaus. uolebat etiam ꝛ ur semper erat animo fidentissimo ꝛ ulysses. Ad quos Agamemnon inquit. Diomedes uir animo meo iocundissime ꝛ quoniam permulti sunt ꝛ qui tibi nauare operā uolūt ꝛ & tecū ire spōdēt ꝛ dilige arbitratu tuo ex oībus optimū ꝛ neq; per uerecūdiā cōmittas: ut omisso meliore deteriorē legas: respiciēs aut ad claritatē generis: aut ad magnitudinē potētiæ. ita āt agamēnon locut9 ē: q̄p timeret Menelao fratri: ne forte a Diomede ob hæc ipsa delige retur. tunc Diomedes. Si inqt ad meū arbitriū mihi eligere sociū finitis ꝛ quo tandē mo-

do ulysses

do Vlysses missum fecerim: cuius ingenium solertissimũ est animus in oibus periculis prõptissimus: quẽq; dea Pallas singulari amore ꝓsequit̃ hoc ego comite quæ hois ꝓuidẽtia ac uirtus est sperauerim nos ambos ẽt ut si dicã e mediis igniũ flammis euasuros. Ad hũc respõdẽs Vlysses. Noli me iquit Diomedes magnopere apud hos nec laudare nec carpe scientes q̃lis ego & ista uera ne: an uana sint. Sed age eamus nã aduẽtãte iã aurora ac cæteris stellis maiorẽ curriculi ptẽ emensis nox admodũ ĩ procliue est: & exactis duab9 eius partibus tertia sola supest. Sic locuto Vlysse uterq; ipse ac Diomedes armis se istruxit: & Diomedi qdẽ qa nec ensem nec scutũ attulerat: Trasimedes suum ensem utrinq; acutũ cõmodauit suãq; illius capiti galeã aptauit: nõ ferreã sed ex taurino corio nec anterius buccula nec posteri9 cristis ꝑditã q̃ cassis dr̃ tm̃ idoneã ad capitis tutelã. Vlysi ãt Metiones suũ dedit ensem suũ arcũ cũ pharetra: suã galeã quã suis ẽt manibus illius ĩposuit uertici. Erat aũt galea e corio facta multis ĩtrorsum loris intẽta ac rigẽs. Exterius uero hinc atq; hĩc sed iter se uicinæ apri setæ extabãt scite & sciẽter appositæ: mediũ pileo quod e pilis bellua rũ fit apte isidẽte. hãc Autolychus apud Eleonẽ urbẽ suffossis Amyntoris Ormenidæ ædibus sustulit: quã mox citherio Amphidamãti muneri dedit. Eãdẽ Amphidamas iure hospitii Molo donauit Merionis pr̃i a quo filius ĩ usum ꝓliorũ acceptã nũc a suo ĩ Vlyssis trãstulit caput. Igit̃ ita ĩstructi Diomedes atq; Vlysses a suis castris ad hostiũ tendũt cæteris ꝓceribus ibi relictis. Atq; ecce Erodion iuxta uiam quã ĩgrediebant̃ dextro clangore ꝑteruolat. Erat autẽ Pallas cuius aduentu Vlysses gauisus (Cognouit. n. deã licet auẽ ꝓ obscuritatẽ noctis uidere nõ posset) Ita illi uota fundebat. Exaudi me iouis filia Minerua ut soles semꝑ namq; mihi in oibus meis laboribus ades: nec unq̃ mei ad nouos conatus te capit obliuio quod si quãdo mihi ꝓpitia extitisti ut sepe extitisti nũc ꝓpitia quæso sis maxime desq; mihi nauato insigni aliquo facinore. q troianis ꝑpetuo doleat incolumẽ reuerti ad naues. Secũdo loco Diomedes ad eãdẽ deã ita ꝑcatoria uerba fecit. Et me quoq; exaudi iouis filia Tritõia & sic mihi dux esto ut patri meo Tideo fuisti cũ a cæteris Achiuis & a flumine Asopo Thebas pro caduceatore dimissus ẽ expositaq; illic apud thebanos pacificatoria legatione reuertebatur. Ibi. n. tecũ & tua ope ꝑclarũ illud de hostibus facinus edidit. ita nunc quæso eximia dea mihi uolens adsis reducemq; me facias. Voueo autem tibi bouem anniculum immunẽ aratri atq; indomitum quem auratis cornibus ipse tibi dea uoti reus immolabo. Sic ꝑcati atq; deo exaudiri a Pallade in morem duorum leonum inter noctis umbras per cadauera per sanguinem: per arma occisorũ ire cõtẽdũt. Hector uero quod ad troianos attinet nec ipse suos dormire pmittẽs summos quosq; principes troianorum atq; primarios non singulariter sed ꝓmiscue ad cõcionẽ uocauit: quib9 coactis ita oratiõnẽ habuit. Et quis uestrũ uiri erit: qui ĩ hoc mihi negociũ recipiat: atq; efficiat: habiturus ꝑter eximiã fati gloriã ẽt igens uirtutis suæ ꝓmiũ quo ego ipsum remunerabo. Nã dona biẽ qdem duobus cũ curru iugalibus hostiũ equis inter oẽs ꝑstãtissimis. Negociũ aũt quod ab eo exigo: hoc est ut ꝓxime ad naues accedat: exploretq; nũquid Græci: quẽadmodũ prius faciebãt: ad naues custodias agãt: an nr̃is manibus ꝓfligati non audeant castris se credere & graui hodiernæ pugnæ labore cõfecti nõ sint pares agendis custodiis noctis sed ascendere mare: ac fugere statuant. Hæc Hector. Illi uero mutuũ se omnes intra silentiũ tenuerũt. Aderat autem illic troianus quidam Dolon nomie Eumedis ꝑclarissimi ꝑconis filius unicus nũc: sed & quinq; fratrũ superstes: uir auri æriscq; ualde locu-

ples:illiberali admodũ facie ſed egregia pedũ pnicitate p̃ditus.hic ad Troianos & ad hectorẽ ita inqt.Hector eqdẽ tibi iſtud ego recipio:& effecturũ me eẽ confido ut ꝓxime accedã ad naues Græcorũ & eoꝝ explorẽ cõſilia.Nã etſi mihi mala facies maluſqꝫ habitus corporis eſt affirmo nõ tñ malus ſpeculator exiſtã.Oẽs.n.naues ſi opus ſit luſtrabo dũ ad nauẽ Agamẽnonis perueniã:apud quã futuꝝ cẽſeo:ut Græcorũ ſenatores cogant cõſultãdi gra ac ſtatuẽdi ſanius ſiteis pugnare an fugere.Verũ ꝓtẽſo ſceptro interpone iuſiurandũ daturũ te mihi equos Achillis ac currũ cũ eo ornatu quo ille ſolet ire in bellũ.Cui reſpõdens Hector:Iouem iunonis maritũ tibi dolon teſtor qꝫ nemo troianorum illis equis atqꝫ illo curru p̃ter unũ te iuehet unq̃ tu Achillis biga frueris tu ꝓpetuo i ea ſublimis decoruſqꝫ ſpectabere.Hæc locutus ac deinde iuratus ut Dolon maturaret inſtabat.Ille ꝓtinus ad humeros fulgẽti arcu ſuſpenſo:& caneſcẽtis lupi pelle ſup inducta capitiqꝫ adaptata caſſide ex pelle hircina ac ſumpto iaculo ꝓficiſcitur ſed non reportaturus rẽ cõparatã nec unq̃ ad Hectorẽ reuerſurus.Nãqꝫ ita digreſſum a ſociis ac pleno gradu ex aduerſo ueniẽtẽ ulyſſes cõſpicatus ad Diomedẽ ait.En tibi uir qdam ex hoſtibus qui huc tendit haud ſcio an pro epiſcopo ueniat ad naues an ad cadauera ut aliqd ex his ſpoliet.Verũ ſinamus eũ paululũ ꝓcedere ꝑ cãpũ ac nos p̃terire.Mox inuadẽtes celeri curſu p̃hendamus hoiem qꝫ ſi eũ aſſequi qa uelocitate nos ſuperet:nõ poterimus urgebis tu illũ aſſidue ad naues intẽta haſta:ne refugere ad urbẽ queat. Hæc cũ dixiſſet & ambo paululũ a uia declinãtes ſeſe iter cadauera ſubmiſiſſent adueniẽs Dolon feſtinãs demẽs paſſibus p̃tergreſſus eſt:qui ubi tm̃ proceſſit quantũ muli in fine ſulci boues p̃ceſiſſe ſolent(Muli.n.q̃ boues aratrũ iducendo ſulco celerius trahũt)poſt eũ ambo currer cœperũt ad quorũ ſonitũ ille ſubſtitit atqꝫ reſpexit ſpẽrãs poſt ſe aliquos adhuc ſociorũ hortatu hectoris eiuſdẽ rei gra uenire ſed ut uidit eos intra iactũ teli aut ẽt ꝓpius adeſſe nimirũ hoſtes eſſe cognouit ideoqꝫ effuſo curſu fugã capeſſit.Illi uero cõfeſtim hoiem iſeq atqꝫ ut duo uenatici canes iã uſu expti ac natura ſæui hynnulũ aut leporẽ iter nẽoroſa loca aſſidue urgẽt præ timore icurrẽdo lamẽtãtẽ.Sic diomedes atqꝫ Vlyſſes fugiẽti doloni iſtãtes ſedulo eũ a troianis caſtris lõgius ſummouebant:naueſqꝫ uerſus urgebãt.At cũ parũ iã aberat Dolon quin excubãtibꝰ ſe imiſceret:tũc Pallas diomedi uim uireſqꝫ imiſit uerita ne qs forte excubitoꝝ huic p̃riperet gloriã prior haſtã in Dolona iaculatus & ad ſauciũ iã ſecũdo loco Diomedes accederet.Igit in iaculum inſurgens diomedes aut ſiſte gradũ ad dolona inquit aut iaculo te cõſequar nec diu miſerã tibi necẽ ab hac manu licebit effugere.Et hæc dicẽs haſtã cõtorſit ſed cõſulto non nihil obliquã ab hois corpore:nãqꝫ haſta ſuper dextrũ Dolonis humerũ infeſta tranſuolans cuſpide ante eum humi defixa eſt.Tunc miſer ſubſtitit præformidine pallens atqꝫ attoniti crepitantibus dentibus titubante ore lingua cõfuſos ſonos edente.Ad quem diomedes atqꝫ Vlyſſes cũ anheli acceſiſſent.Eũ hinc atqꝫ hinc manu capiũt. Q uibus ille cũ lachrymis:Seruate me inqt quæſo uiuũqꝫ abducite.Eſt.n.mihi domi plurimũ auri:pluri mũqꝫ æris unde pater:ſi ſoſpitẽ a uobis aſſeruari audierit me redimet miſſis ad uos ingẽtibꝰ donis.Cui Vlyſſes:bono inquit eſto aĩo nec mortis terreare formidine:n.odo mihi hoc ſponde nec quippiã in referẽdo mẽtiare.Q uid ita ſolum á reliquis troianis ſub noctẽ cũ cæteri ſopiti ſunt uenis utrũ ad legenda ſpolia aliqua occiſorũ:an ſpeculator ad exploranda oĩa quæ apud nos fiũt?Et ſi ſpeculator tua ne ſpõte:an miſſus ab hectore. Ad hunc reſpondens Dolon toto corpore tremebundus.hector inquit etiam atqꝫ etiam

obtundẽs

obtundens exagitansq; circũuenit me/additis ẽt promissis/q; diceret se daturũ Achillis bigã cũ suis eqs/si ego ꝓxime accedẽs ad uestra castra explorarẽ. Nunqd uos/quẽadmodũ prius faciebatis/custodias ad naues agatis:an nr̃is ꝓfligati manibus non audeatis credere uos castris:& graui hodiernæ pugnæ labore cõfecti nõ sitis pares agẽdis custodiis noctis/sed ascẽdere mare statuatis ac fugere. Ad quẽ subridens Vlysses. Magnũ tu qdẽ inqt Dolon munus cõcupisti/qui equos dari tibi Achillis optaueris:arduos:difficiles:nulliq; alteri uectori:nisi uni Achilli dea matre genito obtẽperãtes. Cæterũ hoc quoq; mihi respõde/nec qppiã i referẽdo mẽtiare:cũ ab Hectore digredereris:ubi nã eũ reliquisti/ubi arma ipsius reposita erãt/ubi equi/quõ ꝑterea se habẽt cæteri/Troiani custodias ne agũt:an dormiũt/quid postremo illi cõsilio decreuerunt:Manere ne illic/ubi nũc sũt/an post editã tãtã de nostris stragẽ in urbẽ se recipere/Ad hũc respondens Dolon. Ista tibi equidẽ citra mẽdaciũ inqt recẽsebo. Hector qdẽ seorsum á turba cũ amplissimis quibusq; principibus/ac senatoribus apud religiosum Ili sepulchrũ de rebus agẽdis cõsultat/uigiles uero/quos ipse excubare iussit/& ubiq; ab omni exercitus parte custodias exercere:nulli obtẽperãt præter Troianos:quorũ sane sunt quicũq; adhuc sũt: hi demũ uigilãt/& se ad pagendas custodias mutuo exhortãtur. Nã socii & auxilia:excubiarum cura relicta troianis:alto sopore oppressi/ac securi quiescũt:ut quos null9 timor ꝓ uxoribus/filiisq; solicitat. lõge.n. hic ipsoꝝ pignora absũt tuta á dextris armis. Age uero ulysses iquit/certiorẽ de hoc quoq; me facias/ꝓmiscui ne iter troianos socii atq; auxilia iacẽt/an semoti/& id quoq; ut plane itelligã. Cui dolon respõdens & ista quoq; inqt tibi citra mẽdaciũ recẽsebo. Ad partẽ maritimã (ita.n. loca fuere sortiti) sũt Carii/sunt Pæones/sunt Leleges:sunt Caucones:sunt Pelasgi/ad eã uero: quæ urget tymbrum uersus agũt Lycii:Mysii:Phrygii:Meones. Sed q̃obrem singilatim a me hæc uniuersa disqueritis/q; si ideo qa aiati estis:illo ire/accipite hoc amplius. Thraces/q; ꝓxime uenerũt:seorsũ & postremi oium agũt. Cũq; ipsis Rhesus Rex Eioneí filiꝰ cuius ego ispexi & equos singulari forma ac magnitudine cõspicuos/candore supra niualẽ/pnicitate ipsis uẽtorũ flatibꝰ similes/equorũ currũ auri argẽtiq; artificio ornatissimũ/& armaturã aureã: terribilẽ:admirabilẽ/& quã nõ hoies dicas/sed imortales deos dignos/eẽ q gerãt. Ergo qm̃ singula uobis apui/ducite iã me ad naues/aut alligatũ hic arctis nodis relinquẽtes ite ad exercitũ troianorũ scituri illic/an ego uobis uera/an falsa retulerim. Ad hũc torue ituẽs Diomedes Noli mihi dolon inqt/& si cõmoda nobis denũciasti sperare fugã/uitãq; tibi ꝓmittere/cũ i nr̃as pueneris manus/qa si te aut secordia omittimus/aut numerata redẽptione dimittimus/redibis ibidẽ posterius ad naues uel eꝑus/ut modo fecisti/uel oppugnator. Sin tibi mea manu spũm dẽpsero/nunq̃ post hac eris græcis detrimẽto. Atq; fatus hæc nudato ense isurgẽs/parãti illi/apprehẽsa pcussuri barba/eũ obsecrare/mediã ceruicẽ pcussit/quo ictu neruis utrinq; amputatis adhuc murmurãte ligua caput humi collapsum i puluere iacuit/tũ ab iterfecto arma detrahũt cassidẽ Lyncinã:Sagulũ lupinũ/arcũ/lãceã/q̃ oia Vlysses in cælũ sublata manu tenẽs ad pallada bellocꝰ ꝓsidem ita ẽ gratulatus. Salue dea his spoliis donata á nobis/remunerataq;/te nãq; inter immortales deos p̃cipue inuocabimus/p̃cipueq; donis ꝓsequemur. tu modo quod superest eo nos dirige/ubi thraces uiri quiescunt/qui tã eximios hẽre dicũtur equos:/currũ/armaturã Hæc ubi dixit illas Dolonis exuuias ad Myricas appẽdit/atq; ut ne reuertẽtibus nocte fallẽte locus ignoraret/decerptos/ut arescerẽt:quosdã myricaꝝ ramos cũ cõplicasset ꝓ

signo appositum. His iactis per arma iteꝝ & cruorem procedũt: ubi Thraces uiros eẽ acceperãt: ꝓpereꝙ ad eos ꝙ qui erãt extremi pueniũt. Tenebantꝯ aũt illi ꝓfundo sopore: ut pote de uia fessi ꝙ sed tamẽ digesti ordine ꝙ nã triplici serie humi iacebãt singulorũ ꝙ & armis & eqs iuxta collocatis. Rhesus uero ipse cubabat in medio atꝙ cũ eius equis ab extrema bigæ pte capistratis. hũc Vlysses prior cõspicatus atꝙ Diomedi demõstrãs. En tibi uir inquit equi ꝙ quos nobis significauit Dolon ꝙ quẽ obtrũcauimus ꝙ nũc res exigit: tuã in hoc negocio uim ꝙ uiresꝙ declares ꝙ nec decet te cũ arma habeas ocio sum exhibere spectatorẽ. Age aũt disiunge equos & ego hoes perimam ꝙ aut contra tu hoc facito ꝙ & ego equos disiungere curabo. Hæc Vlysses. Pallas uero uires Diomedi & aium dedit ꝙ itaꝙ ferro iacẽtes adortꝰ nũc hũc ꝙ nũc illũ occidebat ꝙ atꝙ ut leo icustoditos nactꝰ ꝙ aut capras ũ aut ouiũ greges: i illas cõsueuit iuadere: i easꝙ sæuit. Sic Diomedes faciebat i thraces Ibi acerba suspiria ꝙ fœdosꝙ gemitꝰ ꝙ ibi singultꝰ ꝙ ibi reluctationẽ ꝙ palpitationẽꝙ moriẽtiũ audires. Ibi uideres terrã sanguie natare ꝙ quẽcũꝙ ãt Diomedes interemerat hũc a tergo ulysses ꝓpedẽ extrahebat uolẽs munire trãsitũ ꝙ qua facile eꝙ & ab occursu cadauerũ iterriti (nõ. n. habebat eos cognitos) traducerẽtur. Et iam duodecim thraces Diomedes occiderat ꝙ cum ad regem peruentum est. tertiumdecimũ futuꝝ ꝙ huic suauẽ somnũ ducẽti ꝙ atꝙ sternẽti ad caput præsto fuit mortifer somnus ꝙ quod illi Diomedes attulit ꝙ Palladis beneficio. Interea Vlysses equos iã disiunxerat ꝙ iam ifrænauerat: iam in eos cõscenderat ꝙ iã extra exercitũ educebat arcu ꝓ flagello qm̃ illud e curru sumere in mẽtẽ nõ uenerat utẽs cũ sociũ adhuc ꝓstare uidit ꝙ tũ certo eũ sibilo acutoꝙ admonuit ꝙ ꝓstabat aũt ille rẽ arduã secũ deliberãs ꝙ nũqd bigam ꝙ ubi arma illa miranda apposita erãt ꝓhenso temone pertraheret ꝙ an in altũ sublatã sine sensu aliorũ exportaret ꝙ an in occidendis thracibus perseueraret. Cui talia apud se uersanti Pallas ꝓpere astitit: atꝙ inquit. Fili tidei non excidat tibi reditus ꝙ nec cõmittas ut ꝓterritus reuertaris ad naues. Neue ꝙ cũ hic moraris ꝙ quispiam deus troianorũ studiosus eos a somno excitet. Sic loqntis deæ uoce ꝓtinus diomedes agnita ꝙ i equos isiliit ulysseꝙ uerberãte equi ad naues cursum ac ꝓpe dixerim uolatũ capessũt. Sed neꝙ Apollo segnis pro troianis excubabat ꝙ qui ut cõspexit Pallada ad exercitũ troianorũ euntem ac Diomedi loquentẽ ꝙ simulꝙ rẽ gestã aiaduertit: iratus deæ illuc & ipse sese cõtulit ac uirũ spectatũ thracũ principẽ Regiꝙ Patruelem Hyppocoonta excitat ꝙ qui exprectus ꝙ ut locũ: ubi stetissent equi ꝙ uacuũ: & regẽ cũ aliis trucidatũ iacere in suo cruore cõspexit ꝙ eiulatũ tollit. Carissimũ amicũ ꝙ ac propinquũ nomine uocans ad cuius uociferationẽ plurimus cũ fremitu atꝙ clangore per oẽm exercitum tumultus exortus est ꝙ & undiꝙ ex cunctis populis ꝓmiscue cõcursus fiebat ꝙ obstupebãt uniuersi ad tã audacis rei spectaculũ ꝙ hostibꝰ tãta facere ꝙ abire ipune licuisset. Illi aũt: postq̃ ad eũ locũ uenerũt: ubi Hectoris speculatorẽ pemerãt. Vlysses equos retinuit: Diomedesꝙ desiliit i terrã ꝙ qui cruẽta hois spolia cũ in manus socii tradidisset. iterum equos insiliit. Equi uero: Vlysse uerberante citoꝙ applicare cupiẽte itermissum repetũt cursum: & ad naues ire festinant: Quorũ aduentantium strepitum Nestor primus exaudiẽs ad socios inquit. O amici græcorũ principes mentiar ne an uerũ loquar: certe ad credẽdum inclinat animus. Currẽtiũ huc equorum sonitus mihi aures pellit ꝙ quos ulysses ꝙ ac Diomedes á troianorũ exercitu abegerũt. Veꝝ ut timui: ut solicitus: ut anxius fui: ne qd hi duo græcoꝝ ꝓstãtissimi paterẽtur idignũ: facto i ipsos troianoꝝ cõcursu. Vix hæc locuto Nestore ulysses ac Diomedes affuerũt: & ab equis descẽderũt. Quibus cæteri principes salutem

lutem dícebãt ꝛ dextrã porrígebãt: gratabant᷑: bene aiebant. Ibí primus omnium Neſtor Vlyſſẽ de equis ꝓunctatus é. Dic age inqẽs Græcoꝝ gloria Vlyſſes: unde uobis iſti eq tã candídi & ipſis ſolaribus radíis ſímiles ꝛ nunqd é medío hoſtíũ exercitu ſublati ꝛ an ab alíquo deoꝝ obuiã ſe ꝑbente oblati. Equidẽ olím iã cũ Troianis in ꝑlío uerſor: & in reb9 bellícis ſenui: nunq̃ tñ neqꝫ apud Troiãos: neqꝫ hís ĩ caſtrís: neqꝫ alíbí uſq̃ tales equos aut uídí: aut qui uídíſſet audíui. Eoqꝫ adducor: ut credã deũ alíquẽ ꝛ ut uobis obuiã factũ iſtos equos obtnliſſe. Q uippe quos ambos ſcío in arcta: tum iouis cælitũ príncipís ꝛ tum eius fílíæ Palladís beníuolẽtia eſſe. Ad quẽ reſpõdens Vlyſſes Neſtor inqt Græci nois decus: deo quidẽ promptũ é uel ꝑſtantiores hís equos offerre ꝛ Multo enim díuina uis humanã antecellit. Cæterũ hi equi ꝛ de quibus ſcire uis: Thraces ſunt in Troianorũ caſtra recẽter applícíti ꝛ quorũ dominũ Rheſum regẽ Diomedes interemit cum duodecim famulís unã ꝛ iuxtaqꝫ cubantibus. Hunc uero ꝛ cuius ſpolía attulímus ꝛ hinc ꝓfecti ꝓpe naues ĩtercepimus. Erat. n. ſpeculator ab Hectore ꝛ alíiſqꝫ Troianís príncipibus ad noſtra caſtra explorãda ſũmiſſus. Hæc locutus equos pfoſſam uallũqꝫ agebat lætus ꝛ ac geſtiẽs: Cæteris quoqꝫ qeũ comitabant᷑ exultãtibus. Atqꝫ ubí ad iſigne Diomedis tentoriũ puenerunt illíc ad ꝑſepia decoris capiſtris equos allígãt ubi alíi equi Diomedis ſtabulabantur electo pane cibari aſſueti. Exuuias aũt Dolonis Vlyſſes ĩ nauí repoſuit cõſecrãdas poſtea Palladí tantorũ beneficiorũ auctorí ꝛ mox ambo mare ingreſſi ſudorẽ: quo madebant é collo: é fœmoribus: é furís abluunt: abluti corpore pariter atqꝫ animo refrígerato ꝛ labra mirifice fabrícata ĩtroeunt ꝛ ac calida lauant aq̃ ꝛ unguntur qꝫ nitídíſſimo oleo. Poſtremo egreſſi ad cœnã ſe cõferũt ꝛ díſcũbunt: plenaqꝫ meri optimí patera & Palladí libãt: & ſibí epotant.

ILIADOS LIBER DECIMVS EXPLICIT. INCIPIT VNDECIMVS.



BI VERO de illuſtrí Títoní cõiugis toro ſurrexit aurora ꝛ ut ímortalibus pariter atqꝫ mortalibus lucẽ exhiberet: tũc iuppiter puícatiã: fæuũ ínter deos numẽ: ad caſtra Græcorũ dímiſit ꝛ ꝓferentẽ manu impiæ pugnæ portentũ. hæc ad Vlyſſis tentorí um delapſa: qꝫ ita illíus naues in medío claſſis: ut Achillis ꝛ atqꝫ Aíacis uíribus ꝛ ac uírtute fidentiũ ꝓ cornibus erãt ꝛ atqꝫ in eius culmine ſtans ꝛ ut utrinqꝫ exaudíret᷑ ꝛ uaſtũ horrendũqꝫ exclamauit ꝛ per quod ingentem pectoribus oíum Achiuorũ uígorẽ ínieçit ꝛ q defatígarí bello nõ poſſet ꝛ quí pugnãdo aleretur qui deníqꝫ maiorẽ ex dímicãdo: q̃ ex redeundo in patriã haberet dulcedínis ſenſum. iam primũ ipſe Agamẽnon hoc numíne inſtínctus clamorẽ edídit: & ut oís ad arma ꝓperarent imperauit ꝛ quod ipſe pariter fecit ꝛ Ac ibi arma primũ ſibí índuit argẽteis loris círca talos fabrefacta ꝛ tũ thoracẽ illũ ꝛ quẽ Cirynes & quidẽ grati muneris loco donauerat. Et enim inſpíciebant᷑ extrínſecus in eo ueluti uiæ tribus diſtínctæ coloribus decẽ ceruleæ ꝛ duodecim aureæ ꝛ uígíti ſquameæ ceruleũ aureũqꝫ colorẽ iter ſe nitẽtes ꝛ cũ tribus item ingenti magnitudíne draconibus ꝛ uelut ĩ ipſum armati iugulũ altrínſecus iſurgentibus: quorum colorẽ ſimíllímũ díceres íridí ꝛ quã ut ſit miraculo mortalibus iuppiter ſtatuit in nímbo. Poſt hæc enſem ꝛ aureis bullís radiantẽ ꝛ aureiſqꝫ cíngulís per q̃ decenter argẽteæ uagiæ íllígatis accõmodat humeris. Dehínc clypeũ ꝛ penẽ ad menſurã hominís capit ꝛ míro artí ficio uiſendũ ꝛ quẽ decẽ ex ære orbes ambíbant ꝛ ĩteriore Gyro bis totidẽ é ſtãno cãdentí.

In medio aũt atq; in ipſis umbilicis cernebatur cerulea Gorgon:terribilibus oculis terribilius ituens.Latera eius diris numinibus terrore ac timore cingẽtibus.Sup zonã uero clypei:q̃ argẽtea erat:excitabaẽ in ſpirã: tortꝰ haut parui corporis Draco triceps:quæ capita ex uno colli trunco naſcebanẽ cõuerſos mutuo hiatus habentia. Tũ galeã iduit q̃drupli ci exequinis ſetis criſta ſuperbã ꝯ quæ ad motũ quoddã horrendũ uidebaẽ annuere. Poſtremo duobus haſtilibus dextra correptis: tũ ex robuſto ligno ꝯ tũ ꝑacuto ferro ꝑfixis. Ita ex hac totus armatura refulgebat ꝯ ut plõge & ꝓpe dixerim in cælũ fulgor ipſe ferreẽ Atq; ita armatũ regẽ Mycenaꝫ quo magis honeſtarẽt Iuno & Pallas ingentẽ ab alto ſonitũ reddiderũt. Tũc ſuo q ſq; aurigæ præcipit equos cũ curribus inſtructos ꝯ ornatoſq; ꝓ foſſa tenerẽt ꝯ ipſi pedeſtres é caſtris ſublato igenti clamore prorũpunt. Atq; ibi extra munitiões paruo equis iteruallo diſtãtibus á tergo ſe Troianis oñdũt ꝯ illi quoq; é regiõe relicto ꝯ in quo ſtatiua habuerant:tumulo:& ipſi ꝓcedunt circa ſuos quiq; auctores Hectorem:Polydamãta:& Aeneã:q é Troianis uelut deus a populo i honore habebatur:treſq; Antenoris filios:Polybũ:Diũq; Agenorẽ ꝯ & diis ſimilẽ Achamãtẽ adhuc cælibẽ. Hectorẽ aũt cũ modo iter principia mõ inter poſtremos curaret:eoq; nunc intermitteretur:nunc oculis ſubduceretur ꝯ ac ſubinde cõſpiceretur ꝯ putares ſtellã eſſe aliq̃ ueluti caniculã:nũc emicaret iter nubes:nũc ipſis nubibus operiri. Atq; ita totus dum huc ꝯ illucq; ꝓperat ferro relucebat:ut cæleſti fulgore:qd fulgur appellant:ſimillimus uideretur. Quibus ita i occurſum mutuũ ueniẽtibus iuppiter contẽtionẽ imiſit acerbã funeſtãq;:per quã tot illuſtrium uirorũ aias iferno deſtinauerat ꝯ exhibito etiã futuræ cædis ꝓdigio. Nam pro matutino rore (adhucq; diluculũ erat) cruentas guttas ab ethere in terrã ꝯ homineſq; dimiſit. Igitur Troianus exercitus Græcuſq; confligens tale ſpectaculũ edebat:q̃le Meſſores edũt: cum bifariam diuiſi late diffuſam beati hois uel triticeã:uel ordeaceã meſſem ſerunt ꝯ nã ut illic frequentes manipuli cadũt ita hic frequentes hoies cadebãt ferro ꝑcuſſi. Nec aliter q̃ſi lupi eẽnt.illi i hos:& hi in illos ferebantur:atq; pugnabãt uulneꝛ ꝓrſus ac mortis imemores. Nec eoꝛ quẽpiã uideres caput in pugnãdo ſubmittere. Qua ex re tacitã apud ſe puicatia dea capiebat uoluptatẽ. Sola eni uerſabatur i acie:cæteris diis adeſſe ꝓhibitis ꝯ ac ſe itra domũ (hñt.n.ſinguli i olympo mirificas domos) continẽtibus:non tm̃ ocioſis ꝯ ſed etiã iouí ſuccẽſentibus:q; ipſis pro nihilo habitis uictoriã eius certaminis daturus Hectori erat.ille enim uero ſedebat ſeorſum á cæteris tum hoc ſuæ gloriæ gaudio fruens:tũ eiuſmodi ſpectaculo:q; urbẽ Troianã:q; caſtra Græcoꝛ:q; ſplendorẽ armoꝛ ꝯ q; ut alii occidebant ꝯ alii occidebanẽ iſpiceret. Tãdiu aũt anceps ꝓlium fuit ꝯ multiq; utrinq; ſauciabanẽ ac multi cadebãt ꝯ dum aſcendẽte iam die ea aduenit hora ꝯ qua cæſores arborũ poſt exciſam in nemoroſo monte materiã ꝯ laſſa iam manu ꝯ ac laceſſente fame ad inſtruendũ prandium ꝯ relicto opere ſe accingũt. Tũc græci turmales gregaleſq; ſuos abhortãdo Troianas phalanges ui ac uirtute ꝓperunt.quorum primus fuit Agamẽnon iterẽpto Bienore principe cũ Oileo auriga. Sed in dñm quidẽ ipſe ipetũ fecit ꝯ in ſe uero aurigæ impetũ excepit. Si quidẽ ille poſt Bienoris necem de curru deſiliens ſe obuium ꝓbuit ꝯ Cui ex aduerſo atq; impigre plagã ferenti Agamẽnon haſtili coronam galeæ fecit ꝯ qua ictum non ſuſtinente ꝓtranſiens ferrũ in loco ꝯ q ſupciliorũ eſt medius ꝯ infixum tranſtoſſo etiã oſſe in intimo cerebro madefactum eſt ꝯ & hoiem ꝯ ut erat ad ictum paratus ꝯ extinxit. Hos agamẽ non uita exutos ꝯ ubi etiam radiantibus armis exuit ꝯ humi iacentes reliquit ꝯ & in duos priami filios fertur ꝯ alterũ legitimum ꝯ alteꝛ notũ. Anthiphũ & iſum in eodẽ curru ſtantes ꝯ

hunc

hunc aurigatorem(erat enim ꝑstantior)pugnatore. Et priorē quidē ísum ínfixo ſubter papillam iaculo⁊ poſt aūt Antiphū ꝑemit percuſſa gladío aure: Q uos moribundos Agamēnon ꝓtinus cū ꝑcipitaſſet: armíſq; ſpolíaret⁊ eos eē agnouit quos aliqñ inanis idæ ſeceſſibus⁊ cū armēta bouū gregeſq; ouiū paſceret⁊ captos⁊ allígatoſq; achilles ad naues adduxíſſet. ibíq; aliq̄diu detentos poſtea ſoluta redēptione remíſiſſet. Eos aūt cum ínſpexíſſent cæteri troiani nō aliter ab Agamēnonis manibus ſubleuare aut potuíſſent: aut auſi eſſent q̄ Cerua teneros fœtus ſi forte uel iterfuit: uel iteruenit: cum eos ín ípſo cubílí nactos ímanís leo ſtatím acrí dēte cōfringit: atq; exanimat. Atq; hoc ut míſera illa hoc ípſo⁊ q̄ tam fílíis uícina eſt: timídior pro ſua⁊ q̄ audacíor ꝑ illoꝝ ſalute⁊ ín confragoſas ſíluas⁊ ſaltuſq; ſe ꝓrípit tremebūda: anxía: ſudorībus manās. Sic troiani ſíbí tímentes ſe auerterūt quinetiā Agamēnon duos⁊ eoſ dēq; fratres í eodem ſtātes curru cepit Píſandrū & Hippolochum ínſignis Antímachí fílíos: hic eſt Antímachus: quí donis alexandrí auroq; corruptus ípedimēto fuit: quo ſecíus Helena Menelao redderet. huíus fílíos cū ꝓturbatío mētís cepíſſet: q; habenæ fugerant manus(pariter enim equos moderabant). agamēnon rítu leonís in aduerſum ꝓſílíit. illí ex ípſo curru regís genības aduoluti hís uerbis obſecrabāt. Reſerua nos te obſecramus agamēnon facturus operæ ꝑcíū ex nr̄a reſeruatione. habet. n. pr̄ Antímachus domí repoſitā magnā uim auri æris: ferri: aliarūq; rerū ꝑcioſaꝝ: unde te ꝓpterea nō mō ſatís⁊ ſed ēt abunde remuneret. Sed pro mítibus ꝑcibus ímíte rñſum acceperunt. Ita ne antímacho geníti eſtis⁊ illo íſigní uíro⁊ q̄ pro cōcione troianos hortatus eſt: ne Menelaū⁊ dum ad uos legatus uenít cū dío Vlyſſe redíre ſinerēt? ſed ítra urbem atq; illíc ſtatímq; trucídarent? Luite ergo nunc fílíí pœnā paternī peccatí. Hæc locutus Píſandrū per cuſſo lancea pectore deturbauit á curru⁊ eoq; reſupino humí ſtrato germanī Hyppolochí(is aūt deſilíerat)primū manus deínde ceruíces gladío ꝑcídit⁊ iacētēq; ubí ſpolíauit armís: ꝓtruſit pedíbus bellantíū tanq̄ pila píſtoría contūdendū. Hís actís iterū ubi maxíma conferta acíe tumultuarí uídet⁊ eo ſe ífert⁊ aliís eū comitantíbus. Sed íam troianís copías ífugam uerſas toto campoꝝ ſpatío equeſtres equítes pedeſtres græcí pedítes íſequebant ac terga cedebant. Q uoꝝ oíum pedíbus cōplurímus ſtrepítus late ferebatur. At agamēnon aſſídue & íſtans fugientíbus⁊ & íſequētes exhortans tantā de hoſtíbus ſtragem edebat⁊ q̄tā de arboríbus ígnís ímenſus⁊ cū índenſam undíq; ſpírātíbus uētís incídit ſyluam. Videres paſſím equos ianē trahentes redam per planítiē íllam hac íllacq; díſcurrere agítatorū deſíderío: q̄ſí íllos adepturí eēnt⁊ hí uero ín ſolo iacebant uulturíbus multo: q̄ uxoríbus optabíliores. Hectorē uero per mediū bellí ardorē per tela: ꝑ mortes: ꝑ ſanguínem: per puluereā quoq; calígínē íuppiter ípſe ſubtrahít. Et íam ad ſepulchrū Ilí Dardanidæ troiani ꝓuenerant auídi urbís cōtingēdæ. Agamēnon tñ nec íſtare: nec uocíferare: nec manus alía ſup aliā cæde cruētare ceſſabat. At ubí ad portā Scæam fagūq; ꝓuentū ē. Tūc ínhibita fuga Troiani ſteterūt: cæteroſq;: qui aduenīebant ad numerū ſuū recípiebant⁊ qui uero í fuga lentíores erant: eos agamēnon í locís patentíbus adortus urgebat: atq; mactabat. Atq; ut leo armēta boum ítēpeſta nocte adortus oēs qdem í fugam tímore díſpellit⁊ ſed unā rapit⁊ reſcíſſaq; príus ceruíce mox ſanguínē ſorbet: ac uíſcera cūcta depaſcit. Sic agamēnon ex oíbus: quos íſequebatur: poſtremū quēq; feríebat: hūc ꝓnū: illū ſupínum: aliūq; alío mō de curru equíſq; ꝓſternēs. Et íam ſic furens agamēnon ꝓpe erat ut mortíferam íllam lanceā ferens ſuccederet muris: atq; urbē ſubíret. Cum deorum atq; hoíum pr̄ iuppiter í nemoroſum idæ uerticē cælitus eſt delapſus manu tenens rutílum fulgur. Ibí

glorioſe ait Patrocle minabaris euertere oppidū meum: pdere oppidāos: fœmineū ſexum in captiuitatē abducere: primū ad naues deinde nauibus ad patriā tuā demens in eaꝝ cōſpectu & equi mei rapidis pedibus atq; auidis pugnā iuadunt. Et ego ex omni pube fortiū Troianoꝝ fortiſſime pugno: qui ab eis exitialem diē propulſo: inteq; conuerto. Nā hoc in loco uultures te atq; aliæ infauſtæ alites depaſcentur. Miſer: cui nihil opis Achilles tuus: cū tam ſit ſtrenuus: tulit: q plurimis uerbis proficiſcenti tibi p̄ceperat: Caue Patrocle ne prius huc ad me redeas: q̄ illū homicidæ Hectoris thoracem ferro tuo cōfoſſum ſanguine tuo pfondas. Hoc ille cū dixit ita fore: cui⁹ ſtultitiæ eras tibi pſuaſit. Ad quē liquente iā animo Patroclus. Tu uero inquit magno pere nunc gloriaris Hector: quaſi iuſta uictoria ſit mei occiſi. & nō eā Iuppiter tibi atq; Apollo tribuerint. Ipſi enī: quod facile eis fuit: me morte mulctarunt. Ipſi: qui detraxerunt ab humeris meis arma: primū aduerſo ioue ac triſti fato Apollo me occidit. deinde ex hominibus Euphorbus: tertius tu acceſſiſti: quales ſi mihi in acie occurriſſent uiginti: uiginti meo tælo occidiſſent. Cæterū tibi hoc dictū uelim: quod in pectus tuū dimitte: nec tu diueris ſuperſtes: iā tuus interitus aduentat: & atra dies tibi impendet ſub inuicti Achillis obeūda manibus. Hæc memorantē mors inuaſit: & anima fugit cōplorans illū ætatis florē: illud robur a ſe relinq; atq; ita ad infernū cōceſſit. quē ſic defunctū Hector tamē allocutus eſt. Patrocle quē mihi nunc matuꝝ uaticinaris obitū: q̄s cōpertū habeat? quin ipſe quoq; Achilles: & ſi Thetidis proles eſt: meo tælo pcuſſus ut nunc tu: ſpiritū reddat. Hoc ubi dixit: calcē cadaueri incuſſit: lanceā dum educere nititur corpus quoq; cū lācea leuauit: quod cū excutiēs deieciſſet. humi ſupinū ſtatim cū eadē: quam euulſerat: lancea: in Autumedontē pergit & ipſum feriendi cupid⁹. At illum īmortalium fuga equorum abſtulerat. Quos equos Peleo dii immortales donauerant. Egregium haud dubie munus.

ILIADOS Liber. xvi Explicit. Incipit. xvii.



On autem fortem Menelaū Patrocli ī pugna a Troianis ītерfecti caſus latuit: q per medios bellatores fulgētib⁹ armis irrumpēs pro eo pugnabat: quemadmodū mater q̄rula pro uitula: quā primū peperit. Ferebat autē & haſtā & clypeū ī ei⁹ exitium parat⁹: quicunq; cōtra ſe uenerit. Nō tamē ſtrenuus Panthifili⁹ Patrocli caſum neglexit: p̄ſto nanq; affuit his uerbis Mebelaū allocut⁹. Menelae nobilis populoꝝ princeps cōcede hinc: mitte exāimem: & ſāguine aſpſa ſpolia mihi relinq̄. Si quidē nemo me prior Troianoꝝ & fortiū cōmilitonum patroclū in cōfertiſſima pugna uulnerauit. Sine igitur ut pulcham ad troianos gloriam referam: ne ego te petam: & caram tibi animam auferam. His per quem indignatus Menelaus. Iuppiter inquit pater haud æquum eſt cuiq̄ ſuperbe gloriari. Neq; enim pardi tanta uis: neq; leonis: neq; pernicioſi apri: cui maximus in pectore furor eſt: & propter robur toruitas: quantum Panthi filii: haſtæ peritia ſe iactat: neq; uiribus & iuuentæ flore ſuperbus equorum domiton utinouit qui mecum congreſſus exprobrauit: & ut ignauum inter Danaos arguit. Sed nō arbitror pedibus ſuis reuerſum cara cum uxore & amantiſſimis liberis lætaturū. Ita ego tuas nūc uires retundam: ſi mecū forte cōgredieris. Veꝝ te hinc abeas: & in globū redeas moneo: neq; me puoces: anteq̄ te ulciſcar. Malefacta etiam ignauus nouit. Sic ait non tamen ille pſuaſus. Nunc ego fratrem meum inquit Meneale abſte interemptum ulciſar. iactabun-

dus concionaris? Viduã uxorẽ intra nouum thalamum in maximo luctu & mœrore eius filios reliquisti. Essem sane solatio miseris: si caput tuum & arma ferrum inq; pãthi & diæ phrontidis manibus deponerẽ. Sed nõ in longum hæc uerba sine pugna sine uiribus: sine metu deducantur: Simul hæc dicens soliduꝫ clypeuꝫ ꝑcussit in quo ferri acies incuruata est Tum Menelaus precatus iouẽ patrẽ in euꝫ delatus imum stomachum trãsfixit. Auxit autẽ uulnus ipse suis uiribus fretus. Nã ex alia parte ꝑ mollem ceruicem mucro euasit: insonuit ipse cadens Euphorbus: insonuerunt & arma: sanguine labefacti capilli gratiaꝫq; similes auro & argẽto ornati. Qualiter autẽ pulcherimum oliuæ ramum libero in campo colit agricola: ubi limpida & longe fulgẽs aqua scaturit: in eã oĩum uentoruꝫ flatus spirãt & albis floribus uestit: ꝙ si repente uæhementiore uento agitat deiectis bacchis tota opitur terra. Talẽ panthi filiuꝫ strenuum Euphorbum exanimẽ pulcherrimis Menelaus armis spoliabat. Et quẽadmodum leo in mõtibus nutritus uiribus fisus pascẽte armẽto letissime primuꝫ bouis ua lidis dentibus ceruicẽ inuadit. inde & sanguinẽ & uiscera lanians pascit. Vndiq; autẽ & canes & pastores clamoribus cõcursant. nõ tamẽ cõgredi ausi palido metu detinẽtur. Sic nemo Troianoꝝq; cum Menelao manum conserere audebat. Abstulisset ergo Euphorbi arma & quidẽ perfacile: nisi ei Apollo inuidisset qui Marti similẽ Hectorẽ in mente Ciconum ducis facem transfiguratus his uerbis admonuit. Tu nunc Hector Achillis equos prosequi nõ cessas. difficiles captu sunt: neq; domitores mortales neq; aliũ q̃ Achilleꝫ imortali matre ꝓgenitum uectorem recipiunt. interim strenuus Atrei filius Menelaus pro patroclo decerneus optimum Troianorũ interemit panthi filium Euphorbum. eumq; a belli cura absoluit. Sic fatus iterum deus in certamina mortalium descendebat. Tum Hector graui mœrore affectus mente turbata circũspexit acies: mox & arma pulcherrima & humi iacẽtẽ agnouit. fluebat ꝑ riuulos accurrit q̃ primũ inconfertissimum globum: armis fulgentibus: clara uoce proclamans: inextinguibili fiammæ similis. Neq; latuit Menelaum. qui animo perturbatus Hei mihi inquit. Si optima arma & patroclũ hic mei honoris gratia relinquo interemptũ. Vereor enim hinc ne quispiã Græcoꝝq; qui me solum cum Hectore & Troianis pugnam detrectare uiderit: me arguat: inde ne unũ me plures circumueniãt timeo. Hector hoĩum troianorum caterua stipatus aduentat. Sed quid hæc mihi dilecta loqueris anima? nã cum quispiam diuino uiro & a deo honorato cõgredi audet. magnũ sepenumero accipit detrimentum. Nemo igitur Græcorũ me Hectori cedentem arguet: quoniã adeo pugnat: ꝙ si forte Aiacẽ conuenirẽ ambo reuersi etiaꝫ cõtra ipsum deũ pugnã instauraremus. si quo pacto ad Achillẽ amici corpus referre possemus qd̃ & si malũ: tamẽ satius esset: dũ hæc mente uolueret Menelaus interea cũ troianis Hector præsto affuit: ille relicto cadauere pedem rettulit subinde respiciens more leonis quẽ canes & pastores a stabulo astis & clamoribus abigũt. Cuius generosus aĩus ab aula inuitus discedit: haud aliter Menelaus cũ a patroclo in amicũ globũ se recepisset cõuersus undiq; Aiacẽ magnũ thelamonis filiũ oculis reqrebat. Eũ ergo a sinistris socios hortantẽ & hostẽ ꝓcellẽtẽ uidit. Si quidẽ magnã eis formidinẽ Apollo incusserat. Hũc cursu assecutus Menelaus: Aiax inqt arcẽ festinemus: ut exanimẽ Patroclũ uẽdicem9: cũq; licet & uita & armis spoliatũ ad Achillẽ referamus: Armis enĩ Hector potitus est. His uerbis Aiax aĩo turbatus cõtinuo ꝑ cõfertissimos pugnatores euasit ipse & menela9. Iã Hector Patroclũ armis pulcherimis spoliatũ trahebat: ut capite ãputato truncũ cãib9 ꝓiiceret deuorãdũ. Cũ Aiax clypeo tectus ignis i

ſtar aſtitit. Quo uiſo Hector ſuor̃ ſe globo cõmiſcuit: & aſcẽſo curru armor̃ ſpolia Troianis in urbẽ ferẽda tradebat. Id magnã ſibi gl̃iaz fore ratus. Tum Aiax Patroclũ lato clypeo operiẽs ſtetit: & ſicut leo ꝑ caulis: q̃bus in ſylua comitatus obuiã ſibi uenatores uidens uiribus toruus ſupciliuz uellit: ut oculos cõtegat. Ita hinc Aiax ꝑ Patroclo. Inde menelaus magnuz ſub pectore dolorẽ ꝑmens decernere. Tuz glaucus Hyppolochi filiꝰ Lycior̃ optimꝰ Hectorẽ torue ſubaſpiciẽs graui oſone ꝑturbauit. Hector inquiens pulcherrime: in pugna longe es inferior. falſo ſane laudaris ut ſtrẽnuus: cũ fugias: age quo pacto Iliũ & Ilii populũ ſolus defendes? Nemo enĩ Lyciorũ cũ Græcis cõgredit: cũ gr̃a habeat̃ nulla q̃ ꝑ ciuitate cõtinuũ cũ hoſtibꝰ bellũ gerũt. Quoniã pacto uiribus iferiorẽ eripies e mãibus hoſtiũ timide cũ. Sarpedonẽ & amiciſſimũ tibi & ſociũ auibus laniãduz & ꝑdæ reliq̃ris? Cuius uita & ciuitati & tibi magno uſui erat. Tu uero ne canes quidẽ abigere ab eo uoluiſti. Iccirco ſi quis mihi nũc Lycior̃ crederet: patria oẽs repetita. Troiã ad manifeſtũ relinqueremus excidiũ. Nã ſi Troiani intrepide aliq̃d auderẽt: ut aſſolent: qui ꝑ patria pugnãt: q̃ primũ Patroclũ Iliũ traxiſſemꝰ: qđ ſi otigiſſet: mox Græci pulchra Sarpedõis arma noƀ reddidiſſent. Cũ tãti uiri & Græcor̃ optimi & comites & amici belligerãdo ceciderunt. Tu autez magnanimi Aiacis aſpectũ nõ ſuſtinuiſti: cũ e regione pugnãtẽ uideres. Neq̃ recta cũ eo cõgredi auſus eas: q̃nquidẽ eſt: q̃ tu fortior. Hunc torto uultu intuitus Hector Glauce inqd. Quit tãdẽ talis taz ſupbe loqueris? Profecto amice ego te præ cæteris fœcundæ Lyciæ incolis ſapere arbitror. Ver̃ de te nũc cõqueror maiorẽ imoduz tali me aĩo inſimulaſſe: q̃ magnũ Aiacẽ ferre minime poſſim. Nõ ego certamẽ neq̃ equorũ ſtrepitũ detrectaui. Ver̃ Iouis quẽ uiri cõſilio ſemp potitus eſt. Is nãq̃ & potentẽ ꝑterret uir̃ uictoriã facile aufert. Nõnunq̃ & ipſe cõpellit ad pugnã. Sed age amice adſis oro: & qualẽ me gerã ꝑſpice. An ſemper timidus ſim. ut p̃dicas: an Danaorum acerrimũ ne mortuũ Patroclũ ſibi uendicet impediã. Simul hic fatus clara uoce ad Troianos cõuerſus O Troiani inquit Lyciiq̃ & dardani bellatores uiri ſitis: amici recordamini bellicæ uirtutis: ut opa ueſtra fortiſſimi achillis optimis armis induar: quæ interempto Patroclo abſtulimus. Sic clamans ꝑperat Glorioſus Hector e ſanguinea pugna & celeri curſu nũdum longe profectos comites Iliũ gl̃ioſa achillis arma auferre iuſſos aſſequitur. Eminus itaq̃ a triſti pugna mutatis armi ſua ſacrũ Iliũ deferrẽda mãdauit: & imortalia achillis ĩduit: quæ dii ſuperi Peleo patri: dilecto ipſe filio ſe nex tradiderat: qui tñ in patriis armis nõ cõſenuit. Hectorẽ igit̃ ut procul diuini achillis armis munitũ deſpexit Iuppiter cõcutiens caput hæc ſecũ. O miſer. Neq̃ enĩ nũc de morte cogitas: quæ iam aduentat. Tu imortalia arma indueris: uiri fortiſſimi: quẽ alii tremunt. Cuius tu comitẽ & benignum & fortẽ interemiſti: arma autẽ nulla moderatione accepiſti & humeris diripuiſti. Ver̃ nũc tibi magnas uires armor̃ præmium ꝑſtabo: qm̃ nunq̃ e prælio pedẽ turpiter rettuliſti: & excipiet gl̃ioſa achillis arma. uxor andromacha. Dixit & Ceruleis ſupciliis annuit Iupiter: aptauitq̃ Hectori arma Mars terribilis atq̃ inuictus dux ei in pugnã fuit. Hi uires Hectori imenſas p̃ſtiterũt. Sic ad cõmilitones reuerſus clariori uoce & coruſcis armis perq̃ ſiles magnaio achilli uidebat̃. Tũ ſingulos horatꝰ Meſthlẽ: Glaucũ: Medõta: Terſilochũ Aſceropæũ Diſenora: Hippothoũ: Phorcẽ: Chromiũ: & Ennomõ uatẽ hos inq̃ hortatꝰ: audite inqt i numeræ gẽtes & cõmilitones mei. Nõ. n. q̃ tãtæ idigeã mlt̃itudinis a p̃riis ſedibꝰ ueſtrũ ſingulos exciui: ſed ut mecũ troianas nurꝰ & puos liƀos alacres a bellicoſis Achiuis uẽdicetis: qđ cũ uidero mũera uoƀ & uictũ oſtituã. hoc pacto ſingulor̃ alacritatẽ

& animos excitabo: quaꝫ ui recta cũ hoſte cõflixerit: uel occidat pulchre: uel uincat hæc belli uirtus eſt. q uero Patroclus q̃is mortuũ in troianoꝫ rediget poteſtatẽ: cedetq; ei aiax: dimidiata ipſe ſpolia: ego reliquũ recipiã. Propterea nõ minore q̃ ego gloria afficiet. hac hectoris oratione troiani conſiti recta in Danaos infeſtis tælis impetũ fecerunt: ſpe bona cõfirmati poſſe ſe Aiaci thelamonio ui Patroclũ auferre. Stulti ſane: multi enĩ illic Aiacis enſe ceciderũt. Q ui tũc menelaũ allocutus Generoſe inquit amice: mĩme ex hac pugna ſpero nos ĩcolumes redituros: nec tã exanimi Patroclo q fortaſſe a troianis canib9 & alitibus exedet: q̃ mihi tibiq; timeo: ne q̃ calamitate afficiamur. Inimica enĩ nebula oĩa opit. En nobis hector graue exitiũ. age optimos græcoꝫ huc aduoca. Si qs audierit. Paruit dicto menelaus: & clare ꝓclamãs. O græcoꝫ inquit amiciſſimi duces & ꝓncipes: qui apud atridas Agamenonẽ & menelaũ publice uictitatis: & ſinguli populis impatis. Ex loue.n: honor & gl'ia ꝓuenit neq;.n. facile Singulos ducũ uidere in tãto ꝑlii tumultu licet ueſtrũ inq̃ quiſq; huc ultro ꝓperet. Sibiq; dedecori reputet. Si patroclus troianis canib9 ludificet. hæc clamãtẽ ɔtinuo audiuit Oileus aiax: & ꝓmus accurrit. Inde Idomeneus: Idomeneũ ſecut9 eſt merio nes marti ſil'is: altiq; quoꝫ noĩa qs cõprehẽderit: qui mox præliũ ĩſtaurauerũt. Verũ troiani ꝓres duce Hectore ſubiti cõflixerũt & q̃ſi in obuiũ flumẽ fragore magn9 irati maris fluctus deferẽt: & ſũma littora æſtuãte mari roboãt: tãto illi clamore ĩuaſerũt Græci aũt unanimes Patroclũ circũſiſtere: ſuiſq; clypeis ꝓtegere. q̃s dẽſis tenebris offudit Iuppiter: neq; enĩ patroclũ uiuẽtẽ oderat: utputa Achillis comitẽ. Oderat aũt q troianis canib9 p̃dæ relinqueret: hac gr̃a in auxiliũ ſocios exciuit: ꝓres aũt troiani irruerũt. Inde relicto Patroclo: nullo: q̃ uis cædis auidi: ĩterempto: pedẽ referebãt. paꝫ tñ abfuit: qn exanimẽ uẽdicarẽt. & ĩ fugã achiuĩ uerterent: niſi nõ parũ aiax troianos ꝑturbaſſet: q & ſpecie & uiribus p̃ter fortiſſimũ Achillẽ cæteris p̃ſtabat Græcis. Irrupit aũt ĩ ꝓmã aciẽ apro ſil'is: q̃ĩ mõtibus canes inuaſiſſet & uallidos & laborioſos faci le ĩter denſa ſyluaꝫ diſſipat: talis clari Telamonis filius aiax facile ꝑ troianos euaſit: q patroclũ circũſtabãt intẽti: ut eo in urbẽ ꝓtracto: gloriã ſuoꝫ ꝓpagaret. tuꝫ nobilis Lethi pelaſgi fili9 Hippothous clypei loro patrocli pede ꝑforatis neruis alligato per cõfertiſſimã pugnã trahere Hectori & troianis gratificaturus: at ſibi exitio fuit: quo nemo q̃is cupidus eripe potuit. Eũ nãq; Telamonis fili9 ꝑ globũ ĩſectatus ĩ maxilla ꝑ galeã crinibus equinis criſtatã & graui ictu diuiſã uulnerauit: tũ cerebrũ cruore ꝑfuſuꝫ ꝑ haſtã ex uulnere decurrit: ita amiſſis uiribus patrocli pes ei9 mãibus elapſus ꝓcubuit: ipſe quoq; ſuꝑ eo in faciẽ cõcidit a lariſſa patria ꝓcul: neq; amãtiſſimis parẽtibus educatiõis præmia exoluit: cũ breui uita frueret: magnanimi aiacis haſta interimeret. Hector autẽ iterũ in aiacẽ haſtã iaculatus eſt: quã ille e regione in ſe deferri intuitus parumꝑ declinauit. hinc ſchediũ magnanimi Iphiti filiũ optimũ phoceoꝫ: qui clara panopei domo habitãs multis uiris impitabat: media oſſiũ cõpage uulnerauit Ferri autẽ acies per ſummum humeꝫ euaſit. inſonuit ipſe cadens & ſub eo arma: inde aiax Hippothoi filio phorcine defendẽti enſe mediũ uentrẽ perfracto thorace hauſit. Is prolapſus terrã manu apprehendit. Interim cũ comitibus ſuis clarus Hector diſcedere: Græci uero magnis clamoribus exanimes Phorcina & Hyppothoũ trahere: & armis ſpoliare. Troiani Achiuis bello impares Ilium repetere: græci uiribus & uirtute ſua gloriari nihil ad Iouem referrentes. Tũ Apollo Periphanti præconi: iphiti filio ſil'is: qui apud patrẽ paterna in arte conſenuerat Aeneã admonuit (Notat enĩ quod conſuledum foret) Aenea inquit: quoniam pacto preter dei uoluntatem

apud altū Iliū desedetis? hostes uiribus: uirtute fortitudīe: & in numero suoꝝ exercitu freti uictoriā prosequunt. q̄ longe magis uobis. q̄ Dianas uictoriā optat Iuppiter? Sed his cōgredi formidatis. Sic dicētē Apollinē Aeneas cognouit: & clara uoce Hector inquit. Voſq; alii Troiani principes & cōmilitones pudeat tādē nos imbecillitatis nostræ: q; tā turpiter Græcis terga uertamus. Sed q̄s mihi deoꝝ assistat? Iouē regē maximuꝫ belli cōsultorē atq; fautorē arbitror. q̄obreꝫ recta in Danaos uadamus ne Patroclus ad naues ocioſi referāt. His dictis longe ante alios p̄siliit inde alii in Græcos irruerūt. Tū Aeneas Leocritū Arisbātis filiū optimū Lycomedis socium hasta interimit: quē cadentē miserat? Lycomedes p̄pior fact? tælo Hippasi filiū Apisaina populi ductorē secūdū epar sub uitalibus hausit: p̄strauitq; eustigio. Is ex fœcūda Peonia aduenerat: & in pugna post Asteropeū fortit fecerat. Quo cadēte ingemuit bello strēnuus Asteropeus. Irruitq; alacer in pugnā aduersus Danaos. Nihil tñ profecit. Clypeis enī undiq; tegebant circū Patroclū directis in hostē tælis. Et enim Aiax maiorē īmondū oēs cohortari: neminē ut a Patroclo discederet: utq; segnius cæteris pugnaret sinere. Sed eustigio īmaculari: & fortiter facere cōpellebat. Sic se gerens Magnanimus Aiax terra cruore madescit. Plurimi strenuissimi Troianoꝝ Græcoꝝq; cadere (Neq; enim hi sine sanguine rē gerebāt) Longe tñ pauciores e Græcis cadebant inuicem periculū mutua ope propellere cōtendentes. Sic utrinq; pugnabat instar ignis ardētis: ut neq; sol: neq; luna officiū suū facere uiderentur. Caligine enim operiebant. quisq; optimus exanimē Meœetii filiū defendere cōtendebat. Cæteri & Troiani & Græci remissius puro in aere pugnare (Neq; enim nebula oīa operuerat) Pugnabat autē qui longius aberant tristia tæla intentantes: qui in confertissima pugna & tenebris & angustiis laborantes. At Thrasymedes & Antilochus uirim strē nui nondum exanimem Patroclū audierant. Sed adhuc arbitrabantur inter primos cum Troianis decernere: qui cædem prospicientes & sociorum fugam procul tamen iussu Nestoris rem gerebant. Prælium autem in horas & labore & sudore continuo desæuire. Genua: tibiæ: pedes: manus oculi undique circum fidum Achillis comitem uulnerari. Et quemadmodū si quis pinguem tauri pellē a pluribus extendi iuberet. Inter extendendū & humor & pingue desudat. Sic illi huc paruo in spacio exanimem distrahebant. Sperare enim Troiani illum in urbem. Græci ad naues auferre. Sic utrinq; prælium feruere: nec Mars populoꝝ cōcitor: neq; Minerua his mouebantur. Tali pro exanimi Patroclo & hoīes & equos calamitate die illo affecit Iuppiter. Neq; ad Achillis aures adhuc cædis illius fama peruenerat (Eminus enī a nauibus pugnabat ad muros Troianos) neq; interemptū sed sub ipsis mœnib? pugnare & mox rediturū sperabat. Neq; enī opinabat urbē Troiā sine Patroclo casurā. Cū sæpenumero audito reditu matrē rogasset. Si quid ipsi magni Iouis sententia pollicet. Illa tātū mali carissimi uidelicet socii interitū. nunciare ei nunq̄ uoluit. Veꝝ utrinq; infestis tælis pro Patroclo cōcurrebat: & inuicē sese uocabāt. Tunc Græcoꝝ q̄dā Amici inquit. Haud nobis gloriæ erit: si ad naues pedē referamus. Hæc terra omnibus sufficiet. Hoc longe satius: q̄ si Troianos in urbē & Patroclum & gloriā reportare sinamus. Contra e troianis unus. Si fatum inquit uno in hoīe superari potest: & in oībus simul nemo pugnam negligat. His utrinq; uerbis singulorū uires excitatæ sunt. Enixe utrinq; certabatur: ferri crepitus cælū p aerē turbidū attingebat. achillis autē equi lōge a pugna discurrentes fremere: cū primū aurigam ab Hectore prostratū senserunt. atqui autumedon strenui Diorei filius crebro uerbere: nūc adulā

tionibus:nunc minis equos agitabat. Illi neq; naues & latū Helleſpontum uerſus referre pedem:neq; rurſus in prœliū ire:ſed tanq̄ columna in alicuius monumento firme collocata. Sic illi in ueſtigio alter alterius capiti admotus perſtabāt. Lacrymæ autē calidæ pergenas his defluebāt aurigæ deſiderio gementibus. Floridā eis coma utrinq; e curru delapſa ſordebat. Quorū gemitū cum deſpiceret Saturni filius Iuppiter moto capite ſecū. O miſeri inquit. Quid nos addidimus Achilli regi mortali? Vos & incorruptibiles & īmortales eſtis. An ut infœliciū caſum doleatis? Neq; enī quicq̄ eſt oīum qui ſupra terrā ſpirant & uerſantur hoīe laborioſius. Sed minime ego aut Hectorē aut aliū a uobis & curribus iſtis uectati pmittā. Nōne ſatis q; ar mis potitus eſt:& gloriat' in caſſum? Veſtris aūt pedibus & aīo uires ſuppeditabo:ut Autumedonta e pugna ad naues in columē referatis. Adhuc enī uobis interimēdi gloriā largiar:quoad in naues reuertātur & ſol occidat:& cr puſculū terrā obnubat. His dictis ſimul uires equis inſpirauit:qui e ueſtigio a crinibus excuſſo puluere per Troianos & Græcos citū currū traxere. At pro ſocio triſtis Autumedon irruit more uulturis in anſeres. Facile autē ſe a Troianorū impetu exemit:& p globū multos inſectatus eſt:neminē tamē interfecit. Neq; enim cū ſolus magno in curru uerſaret:& tela ſimul dirigere:& celeres equos regere poterat. Sero aūt cū ſocius Alcimedon Laercei Emonidæ filius cōſpicatus a currus tergo. Quis tibi deoꝝ inqt Autumedon inutile cōſiliū atq; ſe ntētiā in mentē adduxit:ut cū Troianis ſolus in prima acie manū conſereres? Socius interemptus eſt. Hector armis Achillis potit' iactabundus Ad quē rurſus Autumedon Diorei filius Alcimedon:inquit. Cui grecoꝝ mortales equos roburq; ac uirtutē habere cōtinget:niſi diuino Patroclo:dū uiueret? nūc mor te & fato præuentus eſt. At tu flagellū & habenas accipias. Ego ex equis in prœliū deſcendā. Tū Alcimedon citiſſimo curru aſcenſo eius curā ſuſcepit. Ille uero deſiliit quod cum Hector intueretur continuo ad propinquū Aeneam conuerſus ænea inquit Troianorum conſiliator equos Achilis in pugna imperitis aurigis regi aduertimus: quos ego me modo uelis:aſſecuturum ſpero. Neq; enim e regione eos agreſſi capere poſſemus Sic ait & dicto paruit Anchiſæ filius. Pelle igitur dura humeros tecti recta uadebant crepitu ualido. Quippe qui ferro multo operiebantur. His chromius & pulcher Aretrus bona eos interemendi capiēdi ſpe comites additi & ſane ſtulti. Neq; enī ſine ſanguine futurū erat. Nā ab autumedonte uulnerati ſunt. Qui Iouē patrē precatus uirtutis uiriū & prudentiæ plenus fidū ſociū ſtatim allocutus alcimedon inquit:ne lōgius a me cū magnanimis equis abeas. Neq; enī arbitror Hectorē ab his anteq̄ achilli aducant' neq; a nobis interficiendis tempaturū: ut milituz nr̄oꝝ ordines pturbet: niſi ipſe īprimis capiat'. His dictis cōuerſus O aiaces inquit argiuoꝝ duces & Menelae huc quæſo exanimē reſpicite. q; optimus auxilio nobis ſit. & nr̄oꝝ ordines & nos a tanto periculo uendicet. En triſte prœliuz. Hector:atq; æneas Troianoꝝ optimi excitarunt. ſed hoc in deoꝝ poteſtate ſituz eſt Ipſe iaculabor & Ioui patri curæ eſt iacula dirigēdi. Dixit:& uibratā haſtā lōgius miſit. Quæ Areti clypeuz & zonā traiiciēs imum uentrē puaſit:haud aliter q̄ cuz iuuenis ſcunduz cornua bouis agreſtis ſecurim īpegit:neruoſq; incidit. Ille impetu facto humi procubuit. Ita Aretus cecidit reſupinus. Peracutuz autē teluz uiſcera cōfodit. Tuz Hector iaculo autumedontē petiuit:quod flexo capite declinatuz humi extrema parte concuſſa affigit'. Ex eo uiruz habenas effudit ſæuiſſimus Mars:& enſibus cōtinuis res geri cœpta:niſi aiaces pugnam alacres deremiſſent:qui a ſocio admoniti eo irru-

perunt. Quos Hector & Aeneas ueriti & una pulcher chromius pedũ rettulerũt. Areto illic dimisso exanimi, quem strenuus autumedon Ilico armis spoliauit. iactabunduscp Certe inquit aliquãtulũ Patrocli anima mœrore leuabitur: licet deteriorẽ interemerim: Simul hæc dicens cũ mortalibus spoliis currũ ascẽdit: pedibꝰ manibuscp sanguine aspsus: leoni similis: cũ taurũ deuorauit. Rursus sup Patroclo uæhemẽs & luctuosa pugna a Pallade ĩstaurata est Eã nãcp cuncta pspiciẽs Iuppiter cælo delabi iussit ut Græcos excitaret (Eius nãcp sentẽtia uarie mutabat) & quẽadmodũ purpureã Irim ad mortales e cælo demittit: ut sit signũ uel belli uel frigidæ hyemis. quæ hoies ab opibus reficit: pecoribꝰ uero nocet. Sic uaria se ipsã obnubẽs Pallas ĩ Græcorꝝ exercitũ delabit: singuloscp & iprimis Atrei filiũ Menelaũ ppiorẽ sibi his uerbis Phœnici & facie & uoce silis excitauit. Erit sane ĩquit tibi Menelae triste & pudẽdũ si clari Achillis fidissimꝰ comes sub Troianis mœnibꝰ a canibꝰ discerpat Sed pseuera fortit: adhortar populũ Cui Menelaꝰ O Phœnix ĩquit uetus Achillis custos. Vtinã Minerua mihi uires largiret: & telis uim afferret, ut ego sane Patroclo adesse: & ipe ferre uelĩ. Maiorẽ enĩ ĩ modũ eiꝰ obitꝰ meũ affecit dolore aĩuꝫ Verꝝ Hector igni uiribꝰ æqui parat: necp unq quiescit ferro desæuiẽs. Eius nãcp Iuppiter gloriæ fauet. Tũ Minerua lætata est: qp primũ ante oẽs deos ipsiꝰ mentionẽ fecerit. Corroborauit aũt & hũeros & genua: & audẽtẽ reddidit: & hũani corporis magna expte affectũ cohibuit. Lene nãcp eiꝰ ĩgeniũ prudẽti audacia ĩpleuit. Tũ ille Patroclo ppior factꝰ telũ ĩtorsit. Erat aũt ĩter Troianos Podes Ectionis filiꝰ uir locuples & bonus: necnõ maxie ab Hectore ĩter cæteros honoratꝰ comes eiꝰ & sodalis. Hũc ad zonã a Menelao petitũ ferrũ mediũ ptrãsiit. Increpuit cadẽs: quẽ Menelaus exaĩem a Troianorꝝ ad suorꝝ globũ trahebat. Tũ Hectorẽ adsistẽt Apollo Pelopi Asii filio ex abido patria oĩuꝫ hospitũ amicissimo silis his uerbis ad pugnã ĩtẽdit. Quis te Hector græcorꝝ amplius formidat? Metuisti mollẽ antea pugnatorẽ Menelaũ: qui mõ fiduꝫ amicũ tuũ Podẽ strenuũ uirũ & ĩteremit: solus ex Troianorꝝ acie exanimẽ abstraxit. His dictis mœrore eius uultus obductus est. Irrupit aũt inter primos in armis cõspicuus Tũ Saturni filius Iupiter fulgenti Aegide Idã nubibus operuit. Et illa concussa micans magnũ intonuit: præbita Troianis uictoria: Græcisq infugã uersis. Penelus Boetius primus fugam arripuit: humero aduerso ut semper uulnere nõ alte pfosso: sed ad os usq pscidit Polydamantis hasta. Quippe qui e propinquo percusserat. Leitũ etiã Alectryonis filiũ Hector cominus uulnerauit. Qui omissa pugna circumferens oculos in fugã uersus est. Licet enim telum haberet: cũ Troianis tñ decernere nõ audebat. At Idomeneus in Hectorẽ Leitũ psequentẽ infesto telo delatꝰ est: qđ inualidũ ĩ sũmo thorace ĩsonuit. Tũ Troiani timuerẽt. At Hector ĩde Deucalidis filiũ Idomeneũ in curru stantẽ iaculatos est: sed parũ aberrans telũ Ceranũ Merionis comitẽ & aurigã cõfigit. Is pulchra Lycto secutus pedes primus e nauibus militauit & troianorꝝ uires uicisset, nisi uelocibus statim ipulsis equis illo ab iminẽti fato erepto missum ab Hectore telũ intercepisset sub maxilla & aure grauiter suauiatus: qui excussis dentibus & media lingua pfossa e curru decidit: habenasq humi iacẽtes Meriones e terra collegit: & Idomenũ affatus. Impelle nũc inquit equos flagellis naues uersus. Nõne aĩaduertis Grecorꝝ uires deficer. Cui Idomeneꝰ citatis eqs paruit (Formido tũ aĩuꝫ occupauerat) Neq magnanimũ Aiacẽ neq Menelaũ latuit Iouẽ uicisiz troiãis uictoriã ĩsuppeditare, tũ Aiax thelamonius. Hei socii inqt etiã perq stolidus iãdudũ cognoscit Iouẽ patrẽ troianis fauere. Nulla eorꝝ tela ĩcassuꝫ mittunt. Oĩa siue

ā bono siue ā malo contorta iuppiter dirigit⁊ nr̄a oīa īcruenta humi figuntur. Verū agite optimū excogitemus cōsiliū ut exanimē assequa mur. Cū eo nāq; reuersi lætitiæ sociis eri mus amātissimis. Q ui his uisis mœrēt⁊ neq; aliud q̄ fortissimi hectoris uires & manus fu giēdas & īnauibus occūbendū p̄dicant. At nūc amicus aliqs q̄primū tristē carissimi ami ci casum Achilli nunciet. Nundū. n. audisse arbitror⁊ sed neminē uideo⁊ talis & uiros & equos caligo obduxit. iuppiter pater hāc quæso ab Achiuis amoue. Iube æthera clarum fieri. Da ut uidere possimus⁊ īluce omnes⁊ si placuerit⁊ perdito. Hæc cū lachrymis oran tem miseratus est iuppiter⁊ nebulas fugauit⁊ tum sol emicuit⁊ pugna omnis patuit. hinc Aiax ad menelaū cōuersus circunspice inquit Menelae⁊ An Antilochū magnanimi He storis filiū uiuum uideas. Iube ad Achillē carissimi comitis cædem significaturus ꝓperet quod non negligens Menelaus euestigio abiit more leonis⁊ qui ab aula canes & uiros īsultibus fatigat. illi aūt tota nocte uigilantes pingues boues defendunt⁊ neq; capi pati untur. hic carnis auidus īsultat⁊ frustra tamē. Nā crebra iacula ualidis uibrata manibus & faces licet uelox formidat. Mane aūt tristis discedit. Sic Patroclū strēnuus bello Mene laus per quē iuitus dimittere. Præ nimio enim metu Græci illū hostibus lacerandum re linquere. Multa uero Merioni Aiacibusq; mandabat. Aiaces inquit Achiuorum duces & Meriones. Q uē nunc miseri Patrocli memoria subit⁊ qui cum uiueret erga omnes mirā præse mansuetudinē tulerat⁊ nunc uita functus est. Simul hæc dicens conuersus circun spectabat⁊ ut aquila⁊ quam acutissime inter uolucres cernere aiunt⁊ quæ alte uolans la tentē sub frondifero fructice leporem delapsa euestigio exanimauit. Sic tu generose Me nelae omnia nunc attente pro socioꝝ globū lustrabas⁊ Sicubi Nestoris filiū uideres⁊ quē statim cognouit ad sinistram socios hortantē⁊ & ad prælium excitantem. huic propior fa ctus Menelaus⁊ Age huc inquit generose Antiloche⁊ Audi grauem nunciū⁊ qui utinam non accidisset. iam enim te solo uisu cognoscere arbitror quid nobis deus calamitatis pa ret. Victoria penes Troianos est. Occubuit optimus græcorum Patroclus⁊ qui magnū sui desideriū Achiuis reliqt. Vex tu ad Achillē properato: ut sine mora exanimem uen dicet⁊ & ad naues referat inermem. Nam armis Hector potitur. Hoc nuncio obstupuit Antilochus⁊ & lachrymatus eiulauit. Non tamē Menelai mandatis neglectis ꝓperās ar ma Laodaco socio cōmendauit. Inde stati cōuersis equis flentē citato cursu pedē abduxe runt ē prælio⁊ ut Achilli tristē nunciū afferret. At minime tibi diis genite Menelae passus est animus laborātibus Antilochi sociis opitulari: qui eius discessu magnū ipsius deside rium ceperāt. Sed Thrasymede ad Pilos misso ipse Patroclum repetis: atq; Aiacibus cita to cursu refers Antiloch ū ad naues præmississe: q rem omnē achilli significaret. Nō tamē eum tam etsi maiorem i modum hectori iratum uenturū arbitramur. Q uo enim pacto inermis armatis hostibus cōgrederetur⁊ q̄ obrem inquit optimum capiamus consilium ut exanimem uendicemus. Et dum clamant Troiani⁊ á tanto nos subripiamus periculo. Cui magnus aiax Thelamonius. Omnia inquit recte cōsuluisti Menelae⁊ Verum tu & Meriones impetu q̄citissimo Patroclū ē pugna elatū auferte⁊ Nos á tergo Troianos & hectorē propulsabimus unanimes⁊ ut prius uehemēs prælium inuicem opitulati excita uimus. Sic ait⁊ illi cōtinuo exanimem ulnis alte elatum abstulerunt. Tum Troianus po pulus á tergo inuasit⁊ ut canes inuulneratū aprū ante uenatores irruentes in eius pernici em alacres. Verū cū ille uiribus fretus in eos conuertitur⁊ rursus alii alio pedem afferunt. haud aliter Troiāi quoad globo facto ꝓsecuti sunt græcos & ensib⁹ & hastis eos saucia-

bant. Cum uero Aiaces in eos conuersi sunt: ex tẽplo sustiterunt: neq; quispiã primus p exanimi pugnare sustinuit. Hoc pacto Patroclus ad naues é prælio referebaẽ. Id tamẽ asperũ & uehemens i longũ desæuiebat more ignis: qui urbe incẽsa repẽte domos cõprehendit: flãmaq; uentorũ ui aucta uehementius cõcrepat. Tali illi & equoꝝ & uiroꝝ pugnantiũ tumultu cõcurrebant. Et quẽadmodũ muli certatim ex monte p salebras trabẽ uel lignũ ad naues faciendas trahẽtes & labore simul & sudore æstuãt. Sic hi alacres deferebant exanimem. A tergo autem aiaces impetũ sustinebant. ac uelut p rupta syluarũ defluentẽ cum impetu in campum aquam & i uæhementes torrentium lapsus cohibẽt qui cum uniuersum campum occupant. Non tamen ui sua prærupta ualent proscindere. Ita aiaces post tergum Troianorum uim cohibebant. Illi simul sequebantur. In quib9 insignes duo Aeneas atque hector. Et quẽadmodum Sturnoꝝ uel Graculorum multitudo aera implet clangoribus cum accipitrem minoribus cladem auibus minantem intuẽtur. Sic sub Aenea & hectore Græcorũ iuuenes in magno clamore iam pugnæ oblíti pedem referebant. Multa autẽ & pulchra arma circum fossam Danais fugientibus cadebant. Non tamen á pugna cessatum est.

ILIADOS LIBER DECIMVS SEPTIMVS EXPLICIT.

INCIPIT DECIMVS OCTAVVS.



VM Troiãi hoc pacto ignis ardentis ĩstar pugnarent, interea Antilochus ad achillẽ nuncius ꝓperãs tum ante rostratas naues aio qd facto opus esset uoluentẽ iuenit: Secũ. n. igemiscẽs aiebat. hei qd rursus achiui naues repetunt trepidantes? utinã ne dii qd meus nũc suspicaẽ animus pmiserint: quẽadmodũ mihi mater aliquando narrauit. Myrmidonũ optimũ: me uiuo troianoꝝ manibus perẽptũ iri. ꝓfecto fortis mœnetii filius periit. miser. Cui ego mandarã: cũ primũ bellicũ ignẽ excitasset: mox reuerteretur: neq; hectori cõgredi auderet? Dũ hæc animo anxius agitaret. Ecce clari Nestoris filius stillãtibus p ora lachrymis: hei inqt Pelei fili grauissimũ ex me (qui utinã uanus esset) nunciũ accipies. Iacet Patroclus. & pro exanimi & nudo nũc decernitur. Si qdem armis potitus est Hector / his uerbis nigra ob dolorẽ nebula achillis oculi caligarunt. Tum cinere capite aspersо gratiosam dehonestauit faciem & mundam tunicam. Inde humi prostratus comã uellere, ancillæ: quas cum Patroclo prædam ceperat / præ nimio dolore eiulare / & é tabernaculis ad achillẽ properare: pectus plangere / membra discerpere / Flebat & antilochus achillem amplexus. Veritus ne ipse sibi iugulum ferro appeteret / quem tam grauiter eiulãtem uenerabilis mater ab imo maris uado ubi patri seni assidebat / audiens in fletum prorupit. tum nereides ad eã concurrere. inter quas glauce: Thalia: Cymodoce: Nesæa: Spio: Thoe / Halie: Cymothoe acteæ: Limnoria: Melite: Iæra: amphithoe: agaue: Doto: Proto: Pherusa: Dinamene Dexamene: amphinome: Callianira: Doris: Panope: pulchra galatea: Nemertes: apseudes: Callianassa / præterea Climene / ianira / ianassa / mæra / Orithia / & pulcherrima amathia / aliæ item quæ prope aderant antrum omne complerunt. Et cum pectora plangetẽt lugens thetis audite inquit sorores / & qd animũ meũ solicitet itelligatis. Me miserã / q̃ filium fortissimũ atq; heroum optimum peperi / quẽ tanquã ramũ in fœcunda terra educans adiliũ classe permisi / ut cũ troianis bellũ gereret / nec ad patrios lares redeuntẽ amplius

plius uidebo/ nunc q; uiuat: & sole fruatur: dolet neq; ei auxilio esse possum. Ibo tamẽ ut eum uisam: & audiã/ utque & luctu simul & prælio abstineat: admodũ. hæc locutam & antro digredientem Nereides cum lachrymis maris fluctus sulcantes comitant̃. Cũ uero ad fœcundam troiam annassent: ascenderunt littus ubi longo ordine subductæ erant naues circum Achillem/ Cui amare ploranti uenerabilis astitit mater eumq; cum eiulatu complexa. Fili inquit quid ploras? quid te mœrore conficis? dic palám: nihil me celes. his finem dedit Iuppiter/ Cui tu iam inuictis manibus supplicauisti: ut omnes in rostratis nauibus achiui tui egentes te indigna ppeti quererent̃/ huic lachrymans uelox Achilles: mater inq; horũ mihi Iuppiter auctor est. Sed mihi quid utilitatis afferunt: ex quo mihi carissimus periit Patroclus? quẽ ego tãti faciebã ut me ipso apud me nõ esset iferior. Eũ me is armis & superbis & uisu p̃ pulchritudine mirandis Hector iterẽptũ spoliauit: quæ Peleo dii dono dederant: qua die te mortalis uiri cõiugio iunxerunt. Vtinam tu cum diis immortalibus habitasses: Peleus autẽ mortalẽ duxisset uxorem/ nunc autem: ut maiorem imodum filii morte doleas/ nõ amplius me domum redeuntem uideris. Ex quo me indignatio miníme uiuere neq; cũ hoibus consuetudinẽ habere persuadet: nisi Hector prius hasta mea uulneratus occũbat: & Patrocli cedẽ ulciscar? huic cõtra ꝓfusis lachrymis thetis. Breui inquit morieris fili mi: ut dicis. Statim enim post interemptũ hectorẽ cita morte opprimeris. Tum achilles suspirans: statim sane inquit moriar: ex quo amicissimo mene ꝓcul á patria occũberet: auxilio esse non potui (prohibuit eni mars) Sed cum patriũ solum miníme reuisurus sim: neq; Patroclum neque socios & alios qui sub forti Hectore ceciderũt: liberaueri: sed frustra apud naues desidens terrori oibus fui: q̃lis nemo Achiuorũ in bello/ cunq; in contionibus alii etiã præstiterint: utinã bellũ inter deos & homines oriret̃: & ira: quæ etiam sapientissimorum perturbat/ & longe dulcior melle humana pectora tanquã fumus obnubit: in quam me nunc etiam impulit Rex agamẽnon. sed iam acta quãuis dolẽtes omittamus: & animos nostros necessitate cohibeamus. Nũc uero cum amici interfectore primũ cõgrediar. Inde mortem pro Iouis & deoꝝ uoluntate subire miníme dubitabo. Neque enim uires suæ á morte amicissimũ Ioui Herculẽ uendicarunt fato & graui Iunonis ira perdomitũ. ita & ego: si idem me fatum manet succũbã. Interea pulchram gloriã referens aliquã ex troianis nuribus & pulchris & cõptis lachrymas utraque manu siccantẽ flere cogam/ & diu me prælio abstinuisse itelligẽt. Neq; me á pugna cupiens extraxeris/ neque id mihi psuaseris. ad hæc thetis ꝓfecto inquit fili mi haud indignũ est/ ut laborantibus graui exitio amicis succurrat̃/ sed armis tuis pulcherrimis & ære fulgentibus potiuntur troiani/ iis munitus Hector gloriatur/ nõ tamẽ arbitror diu lætaturũ: quãdó quidẽ mors aduentat. tu uero noli quæso in belli tumultis prius descendere/ q̃ me ad te redeuntem uideris. mane oriente sole ad Vulcanũ pulchra tibi arma allatura contendã. Sic locuta & ad marinas sorores conuersa. ite inquit in magnum maris sinum & domos patrias/ & marino seni omnia referatis. Ego altũ cælum ascendã ut abĩsigni fabro Vlcano pulcherrima filio arma impetrẽ. tum illæ maris fluctus euestigio subierunt: ipsa olympũ petiit. interea Græci magno tumultu ab hectore i fugam uersi naues & hellespõtũ repetebant/ neque exanimẽ achillis comitẽ á sagittis uendicarunt: iterum populus equitatusq; & hector Priami filius instar flammæ furentis illum abstulerant. ter eum pedibus p̃hensauit hector/ ut abstraheret clara uoce troianis minatus/ ter duo aiaces magnis freti uiribus eius impetũ reppulerũt. ille contra obnoxius nunc ir-

ruere, nunc rursus stare clamittans, neque omnino pedem referre, & quēadmodum á præda furibūdum atq; famelicū leonem ex agro pastores fugare nequeunt. Ita neq; duo aiaces ab exanimi Patroclo Hectorē: qui ꝓculdubio eum magna cū laude uendicasset, nisi Pelei filio Iris quē citissima é celo clam Ioue & diis aliis á iunone ꝓmissa nunciatum descendisset, ut armaretur. Ea igitur cominus accedens. Expergiscere inqt Achille, Patrocli uiri excellētissimi corpus defende, cuius gra grauissima: quādo ad naues pugna cō mittitur, & mutuis se conficiūt uulneribus, hi pro exanimi pugnantes: illi, ut ad uentosum iliū trahant, decernūt. imprimis aūt inclytus Hector, cui animus est caput á ceruice amputatū cruci affigere. Sed surge quæso, neq; amplius desideas, pudeat tandē Patroclū troianis canibus ludibrio tibi pudori fore, si ita truncabit. Cui achilles. iri dea quis te deoꝝ ad me nunciam misit? Tum iris ait iuno carissima iouis coniunx summo ioue & aliis diis niualem olypum habitantibus insciis. Contra achilles. Q uonā pacto inquit in ermis pugnam igrediar. Troiani meis armis potiti sunt. & mater amantissima nō me prius armari iussit, quā ad me redierit, pollicita nāq; est se arma optima á Vulcano allaturā Nullius aūt arma apta mihi præter Aiacis Thelamonii clipeū noui, sed eum nunc arbitror cum Troianis pro patroclo decernere. iteꝝ leuis ut uentus iris. Non sane ignoramus inquit arma tua in Troianorū potestatē uenisse, uerūtamē pro fossa te troianis ostende, an forte tui metu á pugna desistant & Græci milites labore cōfecti reficiant, Parua aūt á pugna cessatione opus est. His dictis cū euanuisset. Achilles iouis amicus cōmotus est Minerua fortes eius humeros angulosa ægide muniuit, caput aureo nimbo & undique illustri flamma flagrante operuit. & quēadmodū fumus ex urbe sublatus in aerem diffūdit procul ab insula, quā hostes assidue truci prælio domi exerciti oppugnan. Sole autē occaso ignes frequenter in edito accendūt, ut uicinis appeat, si forte nauibus auxilio uenirent, haud aliter ab achillis uertice iubar in æthera diffundebat, q; ꝓcul á muro ascensa fossa, neq; se Achiuis imiscens matris dicto paruit. illinc igitur exclamāte é longinquo bellicosa Minerua locuta magnū in troianis tumultū excitauit. Sicut eni cū obsidentib⁹ sæuis urbem hostibus, uel clarior uox, uel classicū ꝑstrepit. ita nunc Achilles magna uoce iclamauit, quā cū audirent troiani ꝑturbati sunt animis, at equi retro currus uerterunt (labores enim imaginabantur) aurige aūt stupuerunt, cū tantū & tam formidabilē á minerua accensum ignē magnanimi Achillis caput lābentē uiderunt. Ter aūt ꝑ fossa clara uoce achilles clamauit. Ter ꝑturbati sunt & troiani & auxiliarii milites, quoꝝ duodecim illic iuxta currus hastis ceciderunt. Græci aūt Patroclū alacriter extra sagittaꝝ iactū auferentes lecto imposuerunt. Circum clarissimi socii deflere, & in primis achilles calidis abluentibus ora lachrymis sequi, postq; fidū amicū in pheretro iacentē, & acuto ferro sauciū uidit, quem nuper suis armis suisq; equis in ꝑliū alacrem miserat nunq; amplius rediturū. tum iuno infatigabilem solem appellans inuitum in oceani fluctus descendere cōpulit, cuius occasu á pugna respirarunt Achiui. Contra troiani relato pede á curribus ueloces equos soluerunt. inde ante cœnam ī concionem uocatis stantibusq; (cuisum enim pro fossa Achillem, qui a tristi pugna diutius abstinuerat formidabāt) Polydamas panthi filius, qui solus & p̄sentia norat & futura & Hectoris socius (eadem enim nocte ambo nati erant) sed ille hasta, hic uerbis p̄stantior. hic inq; polydamas sapiētia p̄dit⁹ singulari huiusmōi oronē habuit. Velim amicissimi, q; mea sententia sit considerētis. Iubeo. n. ut ilium relictis castris & nauibus ante lucem repetamus. Etenim quo magis ille uir Aga

mēnon

mẽnoni ſuccenſebat: eo facilius Achiui uinci poterant. Lætabar ego ad agilẽ & utrinque uerſatilẽ Græcoꝝ claſſem nos cõgreſſos: eam aſſecuturos ſperabam. Nunc uero fortem Achillem maiorem imodũ timeo. Siquidẽ ſuperbus eius animus medii cãpi: ubi græci & Troiani dirimunt præliũ: finibus miníme cõtentus erit, ſed de ciuitate & uxoribus noſtris pugnabit. Quãobrẽ (mihi credite) reuertamur euenient q̃ dixi nũc noctis gratia abſtinebit. Quod ſi craſtina nos hic deꝑhendũt impetu facto, & ab aliquo ſane cognitus alacer altũ Iliũ aggredietur. Si fugerimus: multi noſtrũ canibus uulturibuſq; deuorandi cadent. Vtinã hoc uerbis dũtaxat audiamus. Quod ſi me audietis: hac nocte ſũma ope urbẽ munire: turres & portas clauſtris offirmare cuſtodiiſq; curabimus. Luce aũt aduẽtante armati ꝑ turres diſponamur. Quod ſi ẽ nauibus Iliũ expugnatũ uenerit. Iniquo loco re male geſta luſtrata urbe & uario equoꝝ diſcurſu contentus rurſum naues repetet Nũq̃ aũt urbẽ ui irrũpere audebit. neq; expugnabit, priꝰ eũ albi canes deuorabũt. Hũc perorantẽ toruo oculo ituitus Hector: Polydamas inqt: tu me nõ amplius alloquaris: cũ iubeas ut Iliũ repetamus. Nõne hactenus ſatis ſuꝑq; mœnibus clauſi delituimus ſuperiori tẽpore Priami ciuitatẽ nationes aliæ multo auro atq; ære abundantẽ ꝑdicabant. Nunc ꝑcioſa domoꝝ ſupellectilia perierũt: multa in phrygiã: multa in clarã meoniã empta aſportata ſunt. Exquo maximus nobis iratus eſt. Iuppiter. At nunc cũ nobis mutato cõſilio fauere cœperit: ut hanc apud naues gloriã cõſequeremur: & mari hoſtes cõcluderemus fugiendũ conſulis? O ſtulte ne ego te amplius in populo huiuſmodi loquentẽ audiã. Nemo id ſibi troianoꝝ perſuaſerit. neq; ego ꝑmittã. Sed agite: & quæ dicã ꝑſuaſos oẽs uolo. his nũc i caſtris & acie primũ corpora: ide cuſtodiã curate: & uigilate oẽs, qui autem ex Troianis opũ copia alios ſolicitat: eas diſtribuat, & conſũmat in populum ſatius hoc q̃ ſi iis Achiui potiãtur. Sub lucẽ uero armati ad naues pugnã cõmittem⁹. Quod ſi magnus Achilles ꝑdierit: haud detrectabo: ſed cõtra cõgreſſus: aut ipſe: aut ego magnã gloriam referã. Cõmunis belli fortuna ẽ: ſternentẽ ſternit. Hãc hectoris cõtionẽ laudibus ꝑſecuti ſunt troiãi ſtulti qdẽ, q̃ppe á quoꝝ mẽtibus Minerua diſceſſerat. Laudauerũt itaq; hectorẽ ꝑperã cõſulentẽ. Sanũ ãt Polydamãtis cõſiliũ nemo. Inde oẽs cœnati. At græci tota nocte inſõnes fleuerũt & Achilles inprimis amici exanimi pectus affatim ſtillantib⁹ ꝑora lachrymis ꝑtrectãs: lubati leonis iſtar: qui catulos ex denſa ſylua a uenatore abreptos repetito cubili nõ iueniẽs triſtis & ꝑ nimia ira furẽs uiri ueſtigia ꝑſequẽs uniuerſã pagrat ſyluã. Talis Achilles lachrymis ad Myrmidones cõuerſus: Hei iqt q̃ ſtulte locut⁹ ſum die illa cũ claꝝ Menœtiũ hortatus ſum: ut opunta filiũ duceret: q Ilium peteret ꝑdæ particeps: At Iuppiter nõ oẽs hominũ cogitatiões ratas facit. Siqdẽ ita fata iubebãt, ut eadem humus utriuſq; noſtꝝ ſanguine aſpergeret: Nã neq; me i patriã redeuntẽ ſenex Peleus neq; thetis mater accipiet: ſed eadẽ hum⁹ nos cõteget. ueꝝ patrocle: poſtq̃ te poſterior uita cædã: nõ tibi prius iuſta ꝑſoluã: q̃ huc tui magnanimi iterfectoris arma & caput attulero: necnõ duodecim ẽ nobili genere Troiãos ante rogũ: tuã ob cædẽ iratus trũcauero. Tu mihi hoc pacto apud naues iacebis, circũ te Troianæ & Dardanides nurus ãplis i ueſtib⁹ noctes & dies plorabũt: q̃s oẽs ui & telo mactabim⁹ locupletes, diuerſæ nationis euertem⁹ ciuitates. His dictis iuſſit amicis magnũ igni Lebetẽ admoueri & q̃ primũ patrocli corp⁹ cruoꝝ ſordidatũ abluí. Quo facto ligna ſubiiciebãt Lebetis corp⁹ flamma cõplexabat̃. & cõcaleſcebat aq̃, q̃ feruẽte eũ lauerũt: & pinguí oleo unxerũt: uulnera nouẽ ãnoꝝ unguẽto farſerũt, ide lecto ipoſitũ lineo á uertice ad pedes operuerunt: deſup

ueste alba adiecta. His pfectis tota nocte ísónes circũ achillẽ Myrmidones Patroclũ cõ plorarũt. Interi iuppiter iunonẽ & ſororẽ & cõiugẽ his alloqt̃. Expleſti te tãdẽ iuno. Excitaſti achillẽ, qd tecũ cũ achiuis? an ne tui facti ſunt? Cui uenerabilis iuno. maxie iqt Iuppiter qd ex te uerbũ audio? debet pfecto uir uiro opẽ ferre, q mortalis ẽ, neq; eiuſmodi nouit cõſilia: q̃tomagis ego: q̃ deaꝝ maxia & genere & tuo dicor ɔnubio? Tu. n. díis oib⁹ íperitas, nõne merito troiãis ſuccẽſeo? & cõtra aliqd machinor? hoc pacto iuicẽ cõfabulabant̃. thetis aũt firmiſſimã Vulcani domũ & iter alias deoꝝ p pulchrã: quã ipſe Claudus ferreã ædificauerat, petiit eũ ſudantẽ & ad fornacẽ uiginti Lebetes cõflare, pperãtẽ iuenit: quos circũ dom⁹ parietes collocaret: quoꝝ ſingulis fundis aureas rotas addiderat ut p ſe i deoꝝ certamẽ ferri poſſẽt. Res ſane uiſu mirabilis hactenus facti erãt. Anſas aũt uarias nõdũ aptauerat. Id tũc i manibus erat, & icidebat clauos. Dũ hoc ſũmo artificio Vulcanus fabricaret: ecce thetis domũ puenit: quã cultu gratia Vulcãi cõtubernalis ſocia & ornatrix ituita & obuiã facta noie appellãs: qd tandẽ inqt pulcherrima & uenerabilis amica iſolẽs domũ nr̃am accedis? ſed igredere apud nos diſcubitũ. Sic locuta dea thetidẽ itroduxit: & i ſolio uario pulchro & argẽteis clauis cõpacto locauit: ſcabellũq; pedib⁹ ſuppoſuit. Inde optimũ fabrũ Vulcanũ his uerbis cõpellãs: Vulcane iqt: uenit ad te thetis & tui idiget. Vulcanus tũ pfecto iqt mihi & reuerẽda dea ẽ & mirabilis. ipſa me liberũ reddidit: cũ meror me ex alto pcipitẽ dediſſet: & Claudũ me abſcõdere tẽtaſſet mater. tũ ego dolore cõfectus eſſem: niſi refluẽtis oceani filiæ Eurenome & thetis ſuo me ſuſcepiſſẽt ſinu: apud q̃s nouẽ ãnos i pfundo ſpecu multa & uaria fibulas icuruas fiſtulaſq; & monilia cõflauimus. Circũ creber Oceani fluct⁹ ſpumabat nemo alius: neq; deoꝝ: neq; mortaliũ id nouit. thetidis igt̃ & Euremones beneficio liberatus ſum. Quare cum ad nos thetis uenerit, mea intereſt, ut p accepta uita i oibus ei me officio ſum exhibeã. tu nũc lautas parato epulas: dũ folles & alia iſtrumẽta ſuũ i locũ collocẽ. Dixit & abiude cũ ipetu i ualidis tibiis ſurrexit claudicãs folles ab igne ſepoſuit. Alia fabrilia inſtrumẽta i argẽteã arculã cõpoſuit. inde ſpõgia & facie & manibus ceruiceq; & hirſuto corpore abſterſo: tunicã induit: & cũ Sceptro officinã egredit̃. Ancillæ aureo cultu & florenti ætate cõſpicuæ iuuenib⁹ ſimiles ſequunt̃: quæ prudẽtia, lingua uirtute i deoꝝ imortaliũ miſteriis eruditæ ante Regẽ miniſtrãt. Vulcanus ergo ita ad thetidis ſellã claudicãdo accedẽs eã cõplexus. Quid tandẽ inqt colẽda mihi & amãtiſſima thetis inſolẽs? tuũ eſt iubere qd uelis. meũ iuſſa p uiribus capeſcere. Cui thetis pfuſis lachrymis. Nũ aliq̃ deaꝝ ait, quotquot olympũ incolũt, tot doloribus angit̃ quot me ex oibus ſaturnius affecit iuppiter? Ex marinis deabus ſolã me uiro matrimonio iunxit Peleo Eaci filio, & uiri lectũ & q̃ plurima, quæ nollẽ ppeſſa ſum. is nũc graui & moroſa ſenecta debilis domi iacet. nunc aliis malis p̃mimur, ex quo mihi Heroũ eximiũ filiũ dedit. Hunc ego tãq; plãtã in fœcundiſſima terra educaui, magna Græcoꝝ claſſe iliũ cũ troiãis pugnaturũ p̃miſi nec unq̃ amplius patrios ad lares redeuntẽ uidero. At dũ adhuc & uiuit, & ſole fruitur. mœrore cõficit̃ miſer, neq; ei auxilio eſſe poſſum. Quã ei puellã græci uirtutis p̃mium largiti ſunt, eripuit Rex Agamẽnõ q̃obrẽ miſere degit. Verũ Achiuos troiani in nauib⁹ cõcluſerũt, neq; eis egrediendi ptãtem faciunt. Primores Argiuorum filium p̃cati p̃tioſa munera pollicíti ſunt. ille oĩo opem ſe allaturum negauit. induit ãt ſuis armis patroclũ: ſuoſq; milite ſtipatũ in troianos miſit. tota die ad Sceam portam certatum eſt. Et ſane excidiſſent urbẽ, niſi Apollo Menœtii filium ſtrẽnue ſe in hoſtes gerentẽ in confertiſ-

ſima

sima pugna:collata in Hectorẽ gloria:iteremisset.Hac ego nunc gra ad tua genua sup-
plicatũ uenio:ut filio meo breui morituro clypeũ:cassidẽ:ocreas:thoracẽ tuis maleis fabri
catam:qualẽ antea hẽbat:largiaris.Periit fidus amicus á troianis cæsus,cuius morte mœ
rens humi ꝓstratus iacet. Tũ uulcanus:Bono inqt aio sis theti:neq; hæc te torqueat soli-
citudo. Vtinã sic eũ ab imatura morte uendicare:cũ aduẽtauerit,liceret.His dictis The
tide illic dimissa i officinã rediit.Folles igit admotos iflari iussit.Erãt aũt uiginti: qui spiri-
tum accipiebãt:reddebãtq; nũc itensius nũc remissius:put op9 erat.Aes ãt ꝑdurũ:& sta
gnũ:& aurꝫ ꝑtiosũ:atq; argẽtũ i ignẽ iniecit.Inde i sedẽ suã magna icude imposita:dextra
graui malleo sinistra forcipibus raptis primũ magnũ,ualidũq;,& uarie insignitũ clypeũ
excudit:cuius ora triplex & pulchra lorũ argenteũ:ipse clypeus qncuplex erat.In quo ua
